Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

August Varenius

# Paulus Evangelista Romanorum succincta divinissimae illius & inter omnes alias facile Principis Epistolae Ad Romanos Analysi Et Exegesi

Rostochi[i]: Richelius, 1656

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730111091**

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730111091/phys_0001
DFG

Fd-3379.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730111091/phys_0002
DFG




Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730111091/phys_0003
DFG

PAULUS EVANGELISTA
ROMANORUM
succinctâ divinissimæ illius
& inter omnes alias facilè Principis
EPISTOLÆ
AD ROMANOS
Analysi & Exegesi
repræsentatus
ab
AUGUSTO VARENIO,
SS. Theol. D. Hebraicorum &
Cateches. Christ. in Univers. Rostoch.
Serenis. Ducum Meckelburg. Pro-
fessore publico.

Bibliotheca Academica Rostochiensis

ROSTOCHI prostat apud
JOHANNEM RICHELIUM,
Reipubl. Typogr. 1656.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730111091/phys_0005
DFG

REIPUBL.
RELIGIONE, LEGIBUS ET
IN S. R. I. PRIMARIÆ
MERCIMONIIS EMUNDIS
TOTO ORBE
PATRIBUS
*EMINENTISSIMIS*
DOMINIS
*CONSULTISSIMIS ET*
DOMINIS
*NOBILISSIMIS ET*
DOMINIS
OMNIBUS
MÆCENATIBUS,
TORIBUS
S.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730111091/phys_0006
DFG

LUBECENSIS
REGIMINE INCOMPARABILIS,
IMPERIALIS
VENDUNDISQVE
CELEBRIS,
CONSCRIPTIS
*ET MAGNIFICIS*
CONSULIBUS,
*EXCELLENTISSIMIS*
SYNDICIS,
*AMPLISSIMIS*
SENATORIBUS
ET SINGULIS,
PATRONIS, FAU-
SUMMIS
*P.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730111091/phys_0007
DFG

*Viri Magnifici, Excellentissimi, Nobilissimi, Amplissimi*

# DOMINI PATRONI ET FAUTORES SUMMI.

SI, quæ Romæ Veteris (quando, ut Apostolus noster in ipso statim intonat exordio fides Romanorum verè Apostolica personabat in toto mundo) fuit, illa & Romæ Mediæ semper mansisset, & Præsentis Romæ fides esset, nullo Confessores Augustani à fide Romæ Symbolo, nedum disparatis castris discreti essemus, nec opus habuissent Serenissimi Confessorum Antesignani, Concionatores quondam in Palatio Cæsaris, & Heroum totius Europæi orbis, Augustani, protestationem de fide suâ, non discrepante vel à Scripturis, vel ab Ecclesiâ Catholicâ, vel ab Ecclesiâ Romanâ, propter fallentem per ROMANÆ titulum Romam, tali freno in articuli 21. clausulâ limitare: QVATENUS EX SCRIPTORIBUS NOTA EST. Nunc meritò discernimur, postquam Romam veterem, seu veteris Romæ fidem in præsenti Româ quærere licet, invenire non licet, postquam de Petro & Paulo nihil amplius ostendere potest Roma, quàm vana eaq; per externum splendorem fallacissima Sepulcrorum Apostolicorum & Cadaverum simulacra, quàm plumbum, quàm diplomata, quàm imagines, in quibus ita conjungi Apostolorum Principes (illo enim titulo

non

*non solum Petrum : sed & Paulum in antiqvitate notari constat ex Hieron. lib. 1. Comm. in Ep. ad Gal. Mos. Barceph. Syr. lib. de Paradis. c. 11. ex ipsis pontificum decretalibus e. c. Nicolao 1. Ep. 7. Joh. 8. Ep. 45. 75. 77.) ut Paulus à dextris, Petrus autem ponatur Paulo à sinistris, testis est Barth. à Chass. in Cat. glor. mund. Bellarm. l. 1. de R.P. c. 27. postqvam de Româ præsenti Apostaticâ usurpare licebat, qvos de Urbe sanctâ qvondam Threnos expressit Propheta:* Qvomodo facta est, meretrix Civitas fidelis: in qvâ, ut judicii plenâ, habitabat justitia, in illâ nunc homicidæ, *ut ridenda verius, qvàm refutanda (etsi vel millies à nostratibus jam dudum refutata, & ipsis Pontificiis alicubi improbata) sint Canonistarum deliria, qvibus superiori seculo Ecclesiam Romanam commendare voluit Alphonsus Alvarez Gverrero, Consiliar. Hispan. Reg. & Præses Regiæ Cameræ summar. Neapol. in speculo Pontif. Imp. ac Regum p. 23.* Romanus Pontifex & Romana Ecclesia habent prærogativam & excellentiam supra omnes alias Ecclesias. Sed cum multæ sint Ecclesiæ in Urbe Romanâ, ista Ecclesia, qvæ tot gaudet privilegiis & immunitatibus *(ut sc. sit omnium aliarum mater & magistra, uxor Christi &c.)* est Ecclesia S. Johannis Lateranensis, qvæ aliàs appellatur S. Salvatoris. Ista est illa Ecclesia, qvàm Imperator cœlestis instituit, qvæ jubente Domino, ab Antiochiâ (ubi primitùs fuit sedes Petri) Romam est translata, qvam so-

Ius Deus fundavit, qvam non potest Pontifex Romanus aliò transferre, etsi de facto translata fuit per Clementem V. ultra montes, & ibi duravit longo tempore. *Veteris sanè Romæ, qvæ fuerit fides, illa tantoperè totum celebrata per orbem nemo meliori fide testabitur, qvàm Paulus Romanus per Epistolam incomparabilem, & ut primarij semper nominis inter ipsas Canonicas habitam, inscriptam ad Romanos. Præsentis Romæ bullata fides, non compendiosiori concursu dogmatum repræsentatur, qvàm formulâ Tridentinâ illâ, qvæ* professionem fidei Romanæ, *in qvam omnibus seculis inauditam, veterig; Romæ, &* Ecclesiæ Catholicæ *planè ignotam post Tridentinos conjuratur sub Antichristo, continet, ipsaq; continetur in* bullâ Pii IV. *Ubi post Symbolum Nicenum Confessor Tridentinus, jubente impio Pio, ita concionatur* 1. Sacram Scr. juxta eum Sensum, qvem tenuit, & tenet S. Mater Ecclesia, admitto. 2. Profiteor septem esse verè & propriè Sacramenta novæ legis, à Jesu Christo Domino nostro instituta atqve ad salutem humani generis, etsi non omnia singulis, necessaria sc. Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem & Matrimonium, illaq; gratiam conferre. 3. Receptos & approbatos Ecclesiæ (Romanæ) Catholicæ ritus, in supradictorum omnium sacramentorum solemni administratione recipio & admitto. 4. Omnia

& fin-

& singula qvæ de peccato originali & justificatione in Sacrosanctâ Tridentinâ Synodo definita & declarata fuerunt, amplector & recipio. 5. Profiteor paritèr in Missâ offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium, pro vivis & defunctis. 6. Profiteor in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse verè, realiter & substantialitèr Corpus & Sangvinem, unà cum animâ & divinitate Domini nostri Jesu Christi, fieriq; conversionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sangvinem, qvam conversionem Catholica Ecclesia transsubstantiationem appellat. 7. Fateor etiam sub alterâ specie tantùm, totum atqve integrum Christum, verumq; Sacramentum sumi. 8. Constantèr teneo purgatorium, animasq; ibi detentas fidelium suffragiis juvari. 9. Similitèr & Sanctos unâ cum Christo regnantes, venerandos atqve invocandos esse, eosq; orationes Deo pro nobis offerre, atqve eorum reliqvias venerandas esse. 10. Firmissime assero, imagines Christi ac Deiparæ semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas & retinendas esse, atqve eis debitum honorem & venerationem impertiendam. 11. Indulgentiarum potestatem à Christo in Ecclesiâ relictam fuisse, illarumq; usum populo Christiano maxumè salutarem affirmo. 12. Sanctam Catholicam & Apostolicam ROMANAM Ecclesiam,

omnium Ecclesiarum matrem & magistram agnosco. 13. Romano Pontifici B. Petri, Apostolorum Principis, Successori ac Jesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo ac juro. Cætera item omnia à sacrosanctâ Tridentinâ Synodo definita, indubitanter recipio atqve profiteor, & contraria omnia damno, rejicio & anathematizo Hanc veram & Catholicam fidem extra qvam nemo salvus esse potest, qvam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & inviolatam, usqve ad extremum vitæ Spiritum constantissimè (Deo adjuvante) retineri & confiteri, atqve à meis subditis teneri, doceri, & prædicari, qvantum in me erit, curabo. Sic me Deus adjuvet & hæc sancta Evangelia. *Ita habet formula professionis fidei Romanæ præsentis, qvalem omnis ignoravit antiqvitas ante Tridentinos. Hanc juvant, &, qvi nostro seculo Heroes cecidêre, jurarunt: neqve ante hanc juratam ire ROMAM ad oscula Alex. VII. potuit Serenissima sub Arcto qvondam CHRISTINA Regina.* Sanè si illa est vera & Catholica fides, extra qvam nemo salvus esse potest, *nec Paulus salvus, nec salvi Romani, illi* vocati à Jesu Christo, dilecti Dei, vocati Sancti, *(his enim titulis honorantur c. 1. 6 7.) qvibus ex his articulis Tridentinis & Impiissimis nullum inculcavit Apostolus* Doctor gentium, *& qvi unicè in votis habebat, ut Romanis* omne impertiretur χάρι-

σμα

σμα πολιτικὸν, & uti inter Gentes reliqvas: ita & inter Romanos fructum haberet Evangelicum *(ita ipse vota sua explicat c. 1. 11. 13.)* *Ubi* vicariatus ille unius Petri, ejusdemq; Solius Apostolorum Principis, in Epistolâ Pauli ad Romanos? *Sanè de hâc quæstione* independenti, & Summâ Christianismi totius *(ita enim Romæ æstimatur) nullus apex in Paulo.* *Ubi*, Romanam Ecclesiam, *ad qvam pertinébant* οἱ ὄντες ἐν Ῥώμῃ semper Sanctam, semper Catholicam, semper Apostolicam fore, Scriptum à Paulo Evangelistâ Romanorum? *Nullibi ille Catholicismus Topicus Romanus.* *Non Roma, non privilegium locale Rvmanam veterem fecit Catholicam: Sed* Fides & doctrina Apostolica. *His sublatis, titulus localis, Cathedra Petri lignea, obstagium unius infallibilis, glebæ Romanæ addicti, vana pompa & inane figmentum sunt.* *Neqve agnovit Romanam talem Paulus monitor, vel precator potius Romanorum c. 16.17.* ut observarent & declinaret ab illis, *qvi sint* τοὺς τὰς διχοστασίας καὶ τὰ σκάνδαλα παρὰ τὴν διδαχὴν. *Ubi in Paulo* indulgentiæ *(qvarum nundinæ maximè in Jubilæis)* Romanæ, *qvæ præter* Purgatorium, pænas temporales post culpam remissam, adhuc luendas, satisfactiones sive in hâc, sive in futurâ vitâ proprias, Simoniacas pœnitentiæ redemtiones ac dispensationes secum vehant? *Sanè de his portentis nec Paulus, nec*

*tota Scriptura quicquam habet vel clarum, vel obscurum, vel etiam obscurissimum: neque antiqua Ecclesia ullam de his habuit traditionem, cui prorsus hæc monstra ignota.* *Negat Paulus noster,* dimidiatam esse remissionem, quæ fit per satisfactionem Christi. Lacrymas Petri se legere *fatebatur Ambrosius in Luc. c. 22.* Satisfactionem autem Petri se legere *negabat.* *Agnovere alij Patres* infligere Deum pœnas reconciliatis: *sed castigatorias, probatorias, medicinales saltem: non satisfactiones, si hic non fiunt, in purgatorio luendas. Omninò purgatorium & indulgentiæ res sunt vanissimæ, neque unquam fuerunt in veteris Ecclesia Romana fide.* *Ubi autem* articulus ille fidei Tridentinæ de cultu imaginum religioso in Paulo Evangelistâ Romano? *Sanè illud dogma Symboli Tridentini Tridentinis ipsis pudendum prodit ipse Bellarminus l. 2. de imag. Sanct. c. 22. ponens:* Imagines quidem per se & propriè esse venerandas, ita ut ipsæ terminent venerationem ut in se considerantur, neque tamen eodem cultu quo ipsum exemplar nisi impropriè vel per accidens, quomodo e c quia Christus adoratur Latriâ, etiam imago Christi, latriâ (si de reipsâ agatur) rectè colitur: quantum ad modum tamen loquendi, præsertim in concione ad populum, non esse dicendum, imagines ullas debere adorari latriâ: sed è contrario, non debere sic adorari. *Ita dicere pudet, quod facere non pudet.*

Sanè

*Sanè tàm abominabilis Idololatria non fuit in* Symbolo veteris Romæ: *abominata est illa tales* profunditates Sathanæ, *& distinctiones* Latriæ, hyperduliæ, duliæ, infraduliæ, duliæ secundum qvid, analogicè, reductivè, per se, per accidens, propter se, propter aliud, Latriæ perfectæ & imperfectæ, *qvales funambuli religionis pontificij introduxerunt, penitus ignoravit, velut excrementa & commenta temporibus Antichristi reservata. Debellat illa omnia &* Paulus noster Romanus *totiens, qvotiens inculcat unum colendum, unum cultura debitum* μόνῳ σοφῷ Θεῷ, cui ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, *uti habet v. ult. Ubi* invocatio Sanctorum idololatrica in Paulo? *Negat Paulus invocari posse illum, in qvem non creditur. Rom. 10. 14.* Qvomodo, *inqvit*, invocabunt eum, in qvem non crediderint. *Deum non posse invocari, nisi in Deum credatur, dicit Estius:* at Sanctos posse invocari, etsi non credatur in Sanctos. *Cæterum regula Pauli generalis est, & si datur* vel unus invocandus, in qvem non creditur, *falsa est. Bellarminus ergò l. 1. de Sanct. beat. c. 20. concedit*, credi etiam in Sanctos, *qvod ex Paulo ad Philemonem v. 5. per insignem fallaciam compositionis probat Bellarm.* Ubi in Paulo Romano purgatorium? *Habet Paulus, unde ille ignis destruatur: nihil, unde probetur Solet allegari* ignis ille architectorum *1. Cor. 3. 15. Sed insulsâ planè* ignorantiâ Gram-

matică,

maticâ, *quæ nescit, quid sit* σώζεσθαι διὰ πυρός, *& exinde facit* πῦρ σωτήριον: & Theologicâ *quia si ille ignis purgatorius, ante diem extremi judicij non erit metuendus: quippe* ἡ ἡμέρα δηλώσει *vid. ibid. v. 13.* An autem fuerit in fide Romano, Sacramentum Eucharisticum integrum absolvi unâ specie? *Prohibet obstantia mutilatorum Constantiensium, à quibus demum processit tale Sacrilegum Senatusconsultum. Fateri coguntur Pontificij, communionem sub utraque specie fuisse in Ecclesiâ Apostolicâ & primitivâ per multa secula. Eadem ratio* crassissimi dogmatis de transsubstantiatione, *quod* mutilationem Eucharistici Sacram. *peperit. Ubi in* Paulo Romano sacrificium, verum, proprium & propitiatorium missaticum. *Destruitur illud potentèr c. 3. 24. 25. c. 4. 24. 25. c. 5. 1. 10. c. 8. 33. 34. Ubi* hæreses Tridentinæ de peccato originali, & justificatione? *Sanè has penitus jugulavit Paulus Romanus c. 3. 20. 23. 24. 25. 26. 28. c. 4. 3. 4. 5. 6. 23. 24. c. 5. 1. c. 8. 1. 2. 38. 39. & c. illas c. 5. 12. 13. 18. c. 7. 7. 13. 14. 15. & c. Ubi* septem Sacramenta in Symbolo Romano? *ubi* ritus illi Sacramentales *(e. c. oleum exorcisatum & colaphus Episcopalis, ritus Sacr. confirm.)* in Paulo Romano? *Ubi* sensus Scripturæ dependens ab Ecclesiâ Romanâ, à patrologiâ? *Ipsa mysteria Evangelica, quæ* Θεόπνευστος *& omni parte infallibilis Paulus, Romanos docuit, ex Scripturis tamen Pro-*

*phetarum,*

*phetarum, magno numero probavit conf. c. 3. v. 10. ad 17. c. 9. 12. 15. 17. 25. 27. 29. 33. c. 10. 5. 6. 13. 15. 16. 18. 19. 20. c. 11. 2. 3. 8. 26. 27. c. 15. 9. 10. 11. imò qvi in ipso statim Epistolæ limine magnâ voce protestatur, se non aliud prædicaturum Evangelium, qvàm qvod* προεπηγγείλατο θεὸς διὰ τῶν προφητῶν ἐν γραφαῖς ἁγίαις, *qvod Scripturarum independentiæ argumentum &* θεοπνευστίας *eminentis Pauli exemplum, in ruborem dare debebat* μισογράφους *Pontificios, circulatores miseros. Adumbravi Romam præsentem Apostaticam, non, qvalis erat qvondam, illa ad qvam Paulus hanc scripsit Epistolam, Apostolicam & Catholicam.* Nunc ad vos revertor, Viri Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi, Patroni magni, Fautores summi. Qvi per 13. annos in hâc vicinâ vobis Academiâ Serenissimorum Ducum Meckelburgicorum Dominorum meorum clementissimorum Professor Hebræus, & Catecheta publicus doceo, vestræ semper Reipublicæ (in qvâ incomparabilem prudentiam gubernantium, pulchros pedes Evangelizantium) autoritatem Legum, Status utriusqve, tùm Ecclesiastici, tùm Politici Sanctitatem, & Areopagi vestri reverendam ac invidendam majestatem, pacis terrenæ & cœlestis felicitatem, præsens Viator admiratus sæpè sum) Venerator Magnus, post edita Serenissimis S. R. I. Principibus per annos superiores inscripta, ad

Vos,

Vos, Viri Eminentissimi, hoc anno ire volui. Inclutum apud nos Lübecensium nomen. Habui ex vestrâ Civitate jam inde à 12. annis, Auditores publicè privatimq; Studiosos, Respondentes, Opponentes, Convictores plurimos de qvibus benè mereri vestræ Reip. bono, in votis mihi semper fuit, est & erit. Sed qvod caput est, Pietas vestra, Virtus vestra, toto orbe celeberrima, Laus religionis orthodoxæ apud Vos illibata, & ad illa superiora respectus meus, affect⁹ in Vos, meritis publicis notissimos magnus imprimis impulit, ut ad Vos iret PAULUS Evangelista Romanorum, publico venerandi Ord. Theol. judicio in hâc Acad. approbatus, intimatus, & Academico more in Solem pulveremq; , Præsidio Respondentibus liberalitèr donato, productus, etsi mole minore, fato Academiæ, ubi aliqvando ex certarum paginarum stipulatione dandum illud Respond. Studiosis, & contrahenda vehementèr vela, vel delenda, qvæ non capit structura Typographica. Accipite, Viri Nobilissimi, Mæcenates incluti, PAULUM hunc, non ex paginarum mole: sed materiæ eminentissimâ sanctitate æstimandum, PAULUM Evangelistam Romanorum. Experiatur in Areopago vestro, inter tot fulgida sidera, sidus benignum. Favete inscribenti, & bono eminentissimæ Vestræ Reip. bono literarum, bono omnium bonorum,

rum, vivite gloriosi, felices, annosi, serò & nonnisi Nepotibus nostris noscendo die natali cœlo reddendi, & in præclaris recordationibus posterorum semper victuri! Ita voveo

*Dab. celerr. ex Mesoselenio die Petri & Pauli. Anno clɔ Iɔc LVI.*

VESTRORUM

MAGNIFICORUM ET AMPLISSIMORUM NOMINUM

undiqvaqve Cultor.

AUGUSTUS VARENIUS, D.

NOMI-

NOMINA DNN. RESPONDENTIUM in Collegio Paulino-Romano, illo ordine qvo Disputantes succesſére.

1. JACOBUS TYDÆUS, Memelâ Boruſſus Anno 1. 6. 55. 22 Sept.
2. JOHANNES LEONHARDUS KARPIUS, Wolffio Moſellanus, d. 6. Octobr.
3. GEORGIUS WICHMAN, Arpſ.-Brunſv. d. 13. Octobr.
4. CHRISTOPHORUS BOLIUS, Bartenſtein-Boruſſus, d. 20. Octobr.
5. FELIX FIDLERUS, Roſtoch. d. 3. Novembr.
6. MATTHIAS Peterſen / Roſtochienſ. d. 1. Decembr.
7. JOHANNES ERNESTUS Scheele / Cellâ-Lunæb. d. 15. Decemb.
8. PETRUS Eggebrecht / Roſtochienſ. d. 19. Decembr.
9. CORNELIUS PITTELIUS, Garz-Meckelb. d. 21. Decembr.
10. JOHANNES SCHOLERUS, Stralſund-Pomer. Anno 1. 6. 56. d. 19. Januar.
11. JOHANNES FISCHER, Lübecenſis, d. 26. Jan.
12. JOHANNES SCHACHTIUS, Lubecenſ. d. 1. Februar.
13. ESCHERUS CLAUDII, Orthungâ-Danus, d. 13. Februar.

DIVI-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730111091/phys_0020
DFG

# DIVINÆ PAULI ad ROMANOS EPISTOLÆ.

## הקדמה

### I.

GAudio se exultare *fatetur Chrysostomus præfat. in Epistol. ad Rom.* qvod per hebdomadas singulas, bis, sæpe ter & qvatèr ad sanctorum Martyrum solemnes memorias, liceat συνεχῶς ἀκούειν ἀναγινωσκομένων τῶν ἐπιστολῶν τοῦ Μακαρίου Παύλου καὶ τῆς σάλπιγγος ἀπολαύειν τῆς πνευματικῆς. *Idem ibidem redarguit* νωθρότητα *qvorundam*, qvi usqve adeò Apostolum Paulum ignorent, ut ne qvidem Epistolarum ejus numerum planè norint, *cujus causam dat, qvod nolint* συνεχῶς ὁμιλεῖν *in scriptis Apostolicis. Ne eadem nobis, dum in divinissimam PAULI ad Romanos Epistolam paucula meditamur,* νωθρότης *objici possit, non sine præfatione illam aggrediemur, occasione tituli, qvi est:* ἡ τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ Ἀποστόλου πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολή.

## 1. Numerus Epistolarum Paulinarum.

TRedecim sunt & semper fuerunt ὁμολογουμένως Pauli, ac characteris Canonici: una aliqvando fuit ἀντιλεγομένη: neqve verò dubitatum, an, si esset Pauli, esset Canonica: sed, &, an sit Pauli, salvâ eminentiâ Canonicâ: & an sit & Pauli, & Canonica conf. *Hieron. de Script. Eccles. in Paulo. Aug. de Civ. Dei l. 16. c. 22. Euseb. l. 3. c. 3. Marc. Ant. de Dom. l. 7. de rep. Eccl. c. 1.* qvi idem opinatur dubium primum fuisse *de Interprete*, secundum *de Autore*, & inde itum, aucto errore, in dubium *de autoritate*: sed id non magis obesse posse *Epistolæ ad Hebræos*, qvàm *Evangelio Matthæi*, cujus, licet authenticum & approbatæ fidei exemplar non exstet, nihilominus Græca translatio fidem plenam habeat, ab ipso Mattæo factâ recognitione & approbatione. Sanè authenticum originale Mattæi Hebræum fuisse consentiunt Patres, vid. *Iren. lib. 3. adv. Hæres. c. 1. Hieron. in ep. ad Damas.* & in *Catal. Script. Eccles. Euseb. l. 6. c. 18.* unde, qvod ad *Interpretem*, sive in *Iohannem* Evangelistam, sive in *Iacobum* fratrem Domini itum ab Athanasio, Theophylacto: idem de Epistolâ ad Hebræos judicium, qvà ipsum Apostoli πρωτότυπον. Sufficit nobis, *hunc, qvem habemus textum Græcum esse authenticum*, & γραφὴν θεόπνευστον:

Lis

Lis de Interprete, an & qvis fuerit, tutissimè in medio relinqvitur. Certum est Latinos qvondam eam Pauli esse negasse: Ecclesiam item Romanam illi aliqvando contradixisse: Unde etiam est qvod *Cajetanus & Erasmus* ex Pontificiis: *Lutherus* & alii ex nostris Epistolam illam in dubium vocarint. Nos illam *& Pauli, & Canonicam esse*, ex mysteriorum, & illustrium Fidei articulorum tractatione, ex παῤῥησίας Ἀποστολικῆς majestate, qvâ loqvitur ut αὐτόπτης Θ., ex vetustâ traditione, ex Italiæ, Timothei & vinculorum mentione, qvæ egregiè conveniunt Paulo πᾶν δεσμίῳ in prætorio Romano, ex ipso deniqve signaculo gratiæ, concludimus. Conf. *2. Pet. 3, 15.* Fuerint ergò, 14. *Pauli Epistolæ Canonicæ, & Catholicæ* (de 7. Epistolis, qvæ peculiariter titulum habent *Catholicismi*, e. c. Jacobi, 1. & 2. Pet. 1. 2. 3. Johannis 1. Juda, nulla nunc est qvæstio) ex qvibus 4. ad discipulos scripsit sc. 2. ad Timoth. ad Titum 1. ad Philem. 1. cæteras Ecclesiis credentium dedicavit: Sic ex 14. illis septem scriptæ sunt *à Paulo libero*, ex Macedoniâ, Græciâ: septem *à Paulo captivo*, ex ipsâ tum Imperii sede, Româ, e. c. 1. ad Galatas, 2. ad Philippenses, 3. ad Philemonem, 4. ad Colossenses, 5. ad Ephesios, 6. ad Timotheum posterior, 7. ad Hebræos: cæteræ *à Paulo libero*, extra Romam.

## 2. Ratio ordinis & tempus scriptionis.

Epistola ad Romanos inter Paulinas & prima est, & non est. *Est*, ratione διατάγματος, & ordinationis: *Non est*, ratione συντάγματος & primæ scriptionis: *à seqvela* sc. *Biblicæ ordinationis, ad seqvelam primæ scriptionis, non valet conseqventia.* Monuit illud jam ante Theodoretus, uti & illud: Ordinationem illam hodiernam 14. Epistolarum non esse à Paulo: addit idem exemplum libri Psalmorum, qvi alio ordine à Davide sit scriptus; qvàm posteà ab aliis ordinatus. Satis accommodatè. Qvi in ordinatione est septuagesimus secundus, scriptione Davidicâ fuit ultimus, tùm sc. scriptus, cum jam Successorem *Salomonem trono regio insidentem vidisset, & adoravisset* על המשכב David moriturus, qvod tùm ex inscriptione, & rerum, qvas tractat, majestate, tùm ex subjunctâ clausulâ כלו תפלות דוד בן ישי, & magnificentissimâ δοξολογία ac duplicato Amen colligitur conf. 1 Reg. 1, 47. 48. Eadem ratio τοῦ Δωδεκαπροφήτου, in qvo Hebræi distingvunt, inter סדר התיקון & סדר התיכה seu *Ordinem positus, & 1. adornationis.* Sed ad rem. Epistolam ad Romanos *antecessisse scriptionis ordine, omnes Româ scriptas*, liqvidum est: an etiam

etiam anteceſſerit qvasdam ex 7. Româ non ſcriptis, & qvas, an verò inter illas omnium ultima fuerit, non æqvè certum. Chryſoſtomus poſt Epiſtolas, *ad Theſſalonicenſes*, *ad Corinthios*, *item Epiſtolam ad Galatas*, ſcriptam eſſe concludit, ita ut anteceſſerit *Epiſtolas ad Philippenſes*, *ad Hebræos*, *ad Timoth. 2. ad Philemonem*, *ad Coloſſenſes*, velut Româ ſcriptas. Idem de Epiſt. 2. ad Timotheum: ἡ καὶ ἐσχάτη μοι δοκεῖ πασῶν εἶναι τ̃ ἐπιστολῶν καὶ δῆλον ἀπὸ τ̃ τέλους: *noviſſimam* dicit inter omnes Epiſtolas, idq; perſpicuum eſſe ex verbis Pauli, c. 4, 6. ita tamen ut ultimam ſ. ἐσχάτην qvoqve dicat, illam qvæ eſt ad Philemonem, qvippe ſcriptam ſub extremam Pauli ſenectam, cum Paulus & jam diu eſſet δέσμιος, & πρεσβύτης vid. ibid. v. 9. at poſt illam ad Philemonem, nihilominus ſcriptam ponit Epiſtolam ad Coloſſenſes. Videri nonnemini poterat, hanc ſententiam Chryſoſtomi convenire cum mente Baronii, qvi Epiſtolam 2. ad Timotheum ante Epiſtolas *ad Philippenſes*, *ad Philemonem*, *ad Coloſſenſes* ſcriptionis ordine collocat, & adeò illam ultimam negat, ratione Ordinis ſumtâ ex mentione Timothei præſentis Paulo in illarum Epiſtolarum inſcriptionibus (vid. inſcriptiones, ſeu primi verſus) cum hæc ſit inſcripta ipſi Timotheo ut abſenti, idq; non poſt abitum: ſed ante illum adven-

tum, ad qvem maturandum monitor illi Paulus fuit in hâc ipsâ Epistolâ c. 4, 9. σπούδασον πρὸς με ἐλθεῖν ταχέως: cæterum penitiùs Chrysostomum intuenti, patet, illum duas Pauli Epistolas ἐσχάτας vocare, seu inter postremas ponere sc. ad Philemonem, & ad Colossenses: illam autem 2. ad Timotheum non saltem vocare ἐσχάτην: sed & ἐσχάτην absolutè sc. πασῶν τῶν Παυλείων. Hanc ergò et post illas duas, et post illam ad Philippenses scriptam & omnium ultimam Chrysostomus habuit, qvi proinde vaticinium mortis Paulinum c. 4, 6. explicuit de obitu proximè instanti, qvem Baronius ex v. 17. explicat, de obitu fermè appropinqvante, & vix novem annis posteriori. Cum *Chrysostomo*, qvà *Epistolam 2. ad Timotheum* idem sentit Theodoretus: dissentit in cæteris, & rectè abit ab illo. Si enim Epistola ad Romanos scriptionis ordine antecessit Epistolas Româ scriptas. Ergò & *Epistolam ad Galatas*. Ordinatio præterea Chrysostomi imperfecta: tacet de reliqvis Epistolis, an illis hæc ad Romanos sit ante, an postponenda. Omninò ergò magis probandus Theodoretus, qvi talem λογισμὸν Scriptionis notavit: 1. *Ep. ad Thess. 1. Athenis missa. vid. c. 3, 1. 2.* 2. *ad Thess. 2. Corintho paulò post primam scripta Act. 18, 1.* 3. *ad Corinth. 1. Epheso scripta vid. c 16, 8. 9.* 4. *ad Corinth. Epistol. 2.*

*stol. 2. vid. c. 7, 5. 6. 7. & c. 8, 1. 5. ad Timotheum 1.* qvod probat per collationem *1. Tim. 1, 3. Act. 16. 7. 8. 9. 10. c. 17, 14. c. 18, 5.* Porrò 6. *ponit Epistolam ad Titum* vid. *c. 3, 12. 13.* Post has, 7. ponit *Epist. ad Romanos:* qvod probat per collationem *c. 15, 25. 26. 1. Cor. 16, 1. 2. 3. 4. Act. 20, 17.* Porrò reliqvas omnes Româ scriptas sc. 8. *ad Galatas.* 9. *ad Philippenses.* 10. *ad Philemonem.* 11. *ad Ephesios.* 12. *ad Colossenses.* 13. *Epistolam ad Hebræos.* 14. 2. *ad Timotheum.* De *Epistolâ ad Ephesios, & 2. ad Timotheum;* an illas rectè ordinaverit Theodoretus, justa dubitandi ratio. Et priores illis fuisse & uno anno scriptas esse Epistolas ad *Philippenses, Colossenses, Philemonem,* non absqve ratione dicitur. Patet autem ex superioribus: *Ordine scriptionis primam non fuisse Epistolam ad Romanos:* Sed inter Ante-Romanas facilè ultimam anno circiter Christi 57. circa finem Claudii Imperat. vel initia Domitiani Neronis, atqve adeò 6. annis post Concilium Apostolicum, 19. autem annis post conversionem, à Paulo scriptam. Qvare autem inter omnes Epistolas habeat *primitatem positus*, qvæstio est. *Prolixiorem* esse cœteris, & ideò primam si qvis dixerit, non satisfacit. Plus dicit, qvi *propter potentiorem principalitatem Ecclesiæ*, qvippe cujus fides celebrabatur ἐν ὅλῳ πῷ κόσμῳ, & *Civitatis, ad qvam pertinebat scriptio*, primam illi sedem inter Apostolicas Paulinas assignatam statuit:

omnium autem optumè ratio primitatis in positu, ex *doctrinali argumentorum*, qvæ tractat, *primatu*, & admirabili totius Theologiæ compendio, undè & non tantùm reliqvarum Epistolarum: sed & totius Scripturæ clavis est, arcessitur: neqve enim, qvi *primitatis hujus Epistolæ causam* non tàm *in primatu argumenti*, qvàm *Romanorum tunc temporis universis gentibus imperantium, imperij*, ponit *Haimo Episcop. Halberstad.* divinitati Epistolæ congrua dicit. Addendum illud est, scriptam hanc Epistolam, post *edictum illud Claudij*, qvod memoratur in Actis c. 18, 2. *præcepit Claudius, ut omnes Judæi discederent Româ.* Edictum illud in annum Imperii *Claudij nonum*, Christi autem *qvinqvagesimum primum* refert *Paulus Orosius*, cum testimoniis *Josephi*, ac *Svetonij*. In *Josepho* tale qvid non inveniri, qverela est *Lorini*, justa satis. Meminit qvidem Josephus, *expulsos urbe Româ Judæos omnes, 4000. in Sardiniam relegatos, alios malè multatos:* Sed *Josephus* sub Tiberio: *Svetonius* sub Claudio id factum dicit. Josephus causam edicti Imperialis allegat, *emunctam ab Impostore Judæo Fulviam Saturnini, insigni auri purpuræq; pretio:* vid. *Joseph. antiq. l. 18. c. 5.* Svetonius, *tumultus Judæorum:* ita enim habet: *Judæos autore CHRESTO* (ita à Gentilibus imperitè: à Judæis malitiosè vocatus CHRISTUS) *assiduè tumultuantes Româ expulit.* Claudii ergò edicto expulsos Judæos, tantum

tantum abest ut habeat Josephus: ut potius amplissimum Claudii *pro Judæis edictum*, magni favoris erga Judæos signum recenseat idem l. 19. antiqv. c 4. Conciliari id facilè posse, videri nonnemini poterat, qvia & *Tiberius*, qvippe *ortus ex patriciâ gente Claudiâ, Claudius* dici potuit, & Claudius, *Tiberij ac Drusi cognomina habuit*: sed id nullo modo applicabile ad *Josephum* & *Svetonium*: alter qvippe sub *Tiberio antecessore Caji Cæsaris*: alter sub *Claudio Successore Caji* expulsos dicit. Aliud ergò illud διάταγμα Tiberii, qvod *Josephus*: aliud Claudii, qvod memorat *Apostolus & Svetonius*. Usus observati hujus est tùm ad totius Epistolæ occasionem: fides enim Christiana Judæorum maxumè opera Romæ plantata, illis ejectis detrimento videbatur obnoxia: tùm ad explicationem textus de *Priscilla & Aqvila*, qvibus non saltem titulum συνεργῶν in Christo Jesu Paulus tribuit: sed & ad laudem illorum id addit: ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου τὴν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν, s. *qvod intrepida capita & cervices qvibusvis periculis pro Paulo objecerint* Rom. c. 16, 3. 4. Qvomodo, ubi, & qvando id factum meminit Apostolus Act. 18. Corinthi scilicet, *Aqvila & Priscilla* Judæi, nihil *suæ gentis* seu *Judæorum* τῶν ἀντιτασσομένων καὶ βλασφημούντων vid. v. 6. odia veriti, *Paulum apud se receperunt*, & cum is esset

*apud Gallionem accusatus, Corintho cum eo excesserunt* vid. ibid v. 12. & 18. At qvâ Occasione Corinthum venerint, explicatur Act. 18. v. 2. Paulus sc. *cum venisset Corinthum, invenit ibi qvendam Judæum, nomine Aqvilam, genere Ponticum, qvi nuper venerat ab Italiâ, & Priscillam uxorem ejus (eò qvod præcepisset Claudius discedere omnes Judæos à Româ)* Edictum ergò illud publicatum, paulò anteqvam Paulus Corinthum venit; qvia ibidem *Aqvilam reperit*, ut προσφάτως ἐληλυθότα i. e. *nuperrimè, recens, novissimè* appulsum ab Italiâ illius edicti occasione: Epistola autem hæc aliqvot annis & post illum *adventum Pauli primum, & Claudii edictum*, imò post illud jam sublatum Corintho scripta fuit, qvia & nobiles illi, qvos Corinthi & alibi pro Paulo *Aqvila & Priscilla* edidisse meminit Paulus ipse, agones interceserant: & *Aqvila ac Priscilla*, qvando scribebatur hæc Epistola, jam Romam reversi erant, ibidemq; κατ' οἶκον Ecclesiam habebant: unde salutantur ab Apostolo, ut jam Romæ: conf. Epist. ad *Rom. c. 16, 3. 4.* Constat simul ex dictis: 1. edicto illo Claudii exire Româ jussos non solos τῇ θρησκείᾳ Judæos: sed etiam Christianos, qvales erant, Aqvila & Priscilla: neqve aliud videntur innuere verba Svetonii, qvàm *CHRISTI causâ factam esse illam ejectionem*, qvasi *altercantibus Iudæis & Christianis*

*stianis de religione, cum jam Romæ Christi fides disseminata esset.* 2. Edicti illius valorem diuturnum non fuisse: Unde non saltem Aqvila & Priscilla jam tùm, qvando scribebatur hæc Epistola, Romam redierant: sed & Paulus, ut primùm Romam venit, h. e. tertio die ad Judæos sermonem habuisse dicitur conf. Act. c. ult. 17. Jam ergò redierant.

## 3. *Locus Scriptionis.*

Scripta est Corinthi, non in primo (uti ex superiori abundè constat) sed in altero Pauli adventu & ultimâ in Græciam profectione, qvæ describitur Act. c. 20, 1. 2. &c. conf. *2. Cor. 12, 14. & 13.* Probatur 1. ex Caji salutatione Rom. c. 16, 23. qvi ibidem dicitur *hospes Pauli:* at illum fuisse Corinthium patet ex 1 Cor. 1, 14. Act. 18, 8. 2. Epistolæ per Phœben ministram Ecclesiæ Cenchreensis ad Romanos transmissione conf. c. 16. v. 1. 2. & clausula epistolæ. At *Cenchreæ* fuerunt regionis Corinthiorum s. portus bimaris Corinthi. conf. Act. 18, 18. 3. Expressâ subscriptione, qvæ talis est: ἐγεγράφη ἀπὸ κορίνθου. Ex Græciâ porrò profectus, Hierosolymam venit, ubi Captus, & Romam tandem devectus est. Conf. jam Rom. 15, 25.

## 4. *Scriptor Epistolæ.*

Ille in classe salutantium nominat seipsum: neqve enim, uti aliorum salutes, in tertiâ: sed in pri-

in primâ enuntiatur persona, permittente id Spiritu, & Paulo ἐπιτρέπω. Conf. jam c. 16. v. 22. *Saluto vos in DOMINO* ego TERTIUS, ὁ γράψας τὴν ἐπιστολήν. *Tertium* vocat Syrus: *Terentium*, etsi hoc perperam, nonnulli vetusti codices, citante Beza: de cujus geminâ conjecturâ, qvà sc. putat, vel illam *salutationem Tertij totius Epistolæ ultimo versiculo olim fuisse postpositam*, vel *in tertiâ personâ expressam* sc. ἀσπάζεται ὑμᾶς, omisso pronomine ἐγὼ, nihil nobis probatur. Sive autem dictante Paulo, excepterit, & adeò *primus* scripserit, sive, cum illam Paulus αὐτογράφως scripsisset, ex illius exemplari descripserit, perinde est. Utroqve modo, illud ipsum Exemplar, qvod ad Romanos missum est, fuit, & dici potuit γραφὴ ἐπίτροπος, & *instrumentum authenticum*. Dubium saltem facit subscriptio, ubi est: ἡ ἐγράφη διὰ κορίνθου διὰ Φοίβης τῆς διακόνου τῆς ἐν κεγχρεαῖς ἐκκλησίας. Scripserit ergò illam *Phœbe*, non *Tertius*: *Mulier*, non *Vir*: etsi ad sexum non magis interesse potuit qvà scriptionem: qvàm qvod illa ipsa Phœbe dicitur: προστάτις πολλῶν, imò ipsius Pauli c. 16, 2. sed conciliatur facilè. *Complexus verbi subordinati sæpè latet in principali.* Nihil notius in sacris. Illud ergò ἐγράφη idem qvod γεγράφθαι ἀπιστάλη. Scripta

pta sc. per *Tertium*: transmissa Romam, per *Phœben*. Ille tabellionis: Hæc tabellarii instar habuit. Explicuit illam verbi latentiam Syrus, dum ita reddidit: אתכתבת ואשתדרת i. e. *Scripta est Corinthi, & missa per Phœben.* &c.

## 5. *Terminus ad quem, Romani.*

Titulus Epistolæ est: Πρὸς Ῥωμαίους, de quo, ne moremur in re tenui, nihil aliud dicendum, quam titulo *Romanorum*, non *Romanum populum*: sed *Ecclesiam Christi in urbe Româ constitutam*, seu *solos Christi fideles*, qui *Romæ erant* partim *gentiles*, partim *Judæos* eam urbem per id tempus incolentes intelligi: uti ex v. 7. inscriptionis constabit. A quo primò omnium *Romani conversi*, & de viâ salutis Christianæ informati fuerint, non æquè certum. *Petro* ferè Romanorum salus adscribitur, & fundatio illius Ecclesiæ prima. Demus ita esse, licet res non careat probabili contradictione: nec tamen illa *soli Petro*: sed & *aliis fratribus, qui ex Judæa illuc advenerant*, vendicanda foret palma. Neq; v. Cardo controversiæ Antipapisticę in illo vertitur, *an Petrus Romæ fuerit?* Cum multi sint Romæ, qui non sunt Pontifices, & multi Pontifices non fuerint Romæ: nec *an Petrus Ecclesiam Romanam fundaverit?* Id enim erat, communis Ἐπισκοπῆς Ἀποστολικῆς, non solius Petri, sive ut juxta *Bellarminum*, Ordinarii, sive ut, juxta *Baroni-*

*Baronium*, extraordinarii: nec, *an Petrus Romæ sit mortuus?* moriuntur enim & mortui sunt Romæ innumerabiles, etiam Martyres, etsi non Pontifices: & multi Pontifices moriuntur extra Romam e. c. Clemens in ponto, Johannes V. Ravennæ, Innocent. 4. Neapoli: Sed, *an Petrus Romæ fuerit* 1. *Cum durabili temporis prolixioris intervallo.* 2. *Incessanti eminentis Episcopalis principalitatis per 25. annos exercitio.* Utrumqve negandum qvia 1. *Institutio Apostolica non fuit Topica* s. *unicerto particulari loco alligata: sed Catholica* Conf. Marc. 16, 15. 20. Rom. 10, 18. & Act 9, 14. Rom. 15, 15. 16. exemplum Pauli, licet non in collegio τ δώδεκα, tamen propter immediationem *vocationis*, *revelationis doctrinalis* ac *visionis* Galat. 1, 1. 2. æqvè Apostoli, qvàm vel οἱ δώδεκα Actor. 1, 21. 22. vel οἱ ἑπτὰ s. ὑπὲρ λίαν ἀπόστολοι vid. 2 Cor. 11, 5. c. 12, 11. Gal. 2, 9. At Petri ἐπισκοπὴ non erat alia, qvàm *Collegarum Apostolorum:* eaq; vel *ordinaria*, vel *extraordinaria.* Si ordinaria. E. vel minor, vel communis Apostolica. Si extraordinaria. E. *non successoria*, 2. *Itinerarium Pauli, nunqvam Romæ: semper extra*, *Petrum notavit:* conferantur hîc 2. Epochæ, una, 4. *Neronis annus:* altera, *supplicium Christianorum* sub *Nerone*, de qvo vid. præter Svetonium, Tacitus l. 15. Annalium. Nullibi datur tale intervallum: Probatur qvà Epocham

cham 1. Paulus 35. Anno κλητὸς Apostolus, triennio post, per 15. dies conversatur cum Petro *Hierosolymis:* Gal. 1, 18. idem in Concilio Apostolico post aliqvot annos comparens, Petrum *Hierosolymis* vidit, & Consultatorem audivit Act. 15. Biennio post expositurus cursus sui Apostolici rationarium Paulus, *Hierosolyma* reversus, Petrum ibi vidit, eidemq; κοινωνίας ex communi pacto dextram dedit Gal. 2, 9. neqve longiore ab inde intervallo abfuit, qvando Petrus ut κατεγνωσμένος, κατὰ πρόσωπον Paulum, *sibi hypocritam agenti contradicentem* vidit & audivit: factum autem illud *Antiochiæ* Galat. 2, 11. Hactenus ergò & ad usqve 4. Neronis annum nuspiam apparet insigne aliqvod intervallum Petrino-Romanum. Probatur qva Epocham 2. Paulus 57. vel 58. Christi anno Romam ductus, obvios ibi *ad 3. tabernas habuisse* dicitur *fratres:* nullibi *Petrum.* Idem in 1. coram Nerone θηριομαχίᾳ, *nullum*, nedum Petrum, παραστάτην habuit, *liberatus tamen ex ore Leonis* 1. Cor. 15, 32. 2. Tim. 4, 16. 17. Actor. 28, 15. 16. Paulus tot Epistolas Româ scripsit: salutantium sine ætatis, sexus, dignitatis discrimine, nomina expressit: extra salutationes ipsum *Alexandrum* τὸν χαλκέα nomine notavit: Petrum nec activè, nec passivè ἀσπαζόμενον ullibi sive in Epistolis *Romanis*, sive *Ante-Romanis*, sive in, sive

extra

extra salutationis formulam meminit: cumq; Paulus per *biennium in liberâ custodiâ Romæ fuerit* sine Petro, adusqve septuagesimum Christi annum, impossibile est, dare grande aliqvod intervallum, nedum 25. annorum Episcopatum Romanum. 3. *Compactum Apostolicum, Petrum obligavit* τῇ περιτομῇ, *uti Paulum gentibus.* Debuit e. ibi prædicare Petrus, ubi major multitudo Judæorum e. c. in Palæstinâ, Babyloniâ. Fecisse etiam id Petrum colligitur tùm ex Epistolæ inscriptione, tùm ex expressâ Babylonis mentione: *Salutat vos Ecclesia qvæ est in Babylone*, 1. Pet. 5, 13. Ex Babylone *Romam* facere in Petro, qvi nec ἀλληγορούμενα nec ἀποκάλυψιν propheticam scripsit, absurdum est. 4. A sexagesimo Christi anno adusqve famosam sub Nerone persecutionem, juxta Scaligerum fluunt anni 3. (demus etiam qvos Baronius in gratiam Petri de suo addidit, 6.) ubi intervallum tam amplum? Detur ergò, qvod Irenæus l. 3. adv. hæres. c. 3. *à Petro Romæ fundatam esse dicit Ecclesiam* Romæ: illud tamen, inter illa, qvæ minimè condonanda scripsit, insigne Baronii nugamentum est: *Anno*, inqvit, *CHRISTI 45. Claudij 3. 15. Cal. Febr. à Petro Apostolorum Principe Ecclesia Romana instituitur, ac in eâ sedes pontificia erigitur:* terminum ponit annum Christi 69. Neronis 13. Cal. Juliis (Bellarminus autem: præ-

sidentiam

fidentiam petrinam in Ecclesiâ generalem incipit ab anno Christi 33. eiq; dat tempus 35. annotum: lib. de script. Ecclesiast. p. 28. Porrò de martyrio Petri & Pauli, qvæ habet Baronius, palpabiles παραλογίας sunt. Deniqve non soli *Petro:* sed & *Paulo* atqve adeò *duobus gloriosissimis Apostolis, Petro & Paulo, Romæ fundatæ & constitutæ Ecclesiæ* titulum adscribit Irenæus l. alleg. fuerint ergò Petrus & Paulus simul pari jure & autoritate Episcopi Romani: unde & in bullâ s. *plumbeo sigillo*, in antiqvis item *imaginibus* Romæ, *Paulus ad dextram, Petrus ad sinistram*, non negante id Bellarm. l. 1 de Rom. Pont. c. 27. locatur. Paulus sanè & *Epistolâ tam insigni* ad Romanos scriptâ, & aliqvot annorum *prædicatione* energeticâ, & in ipsis *latenis* maximè gloriosâ ac conspicua, tantum ad fidem Romanorum contulit, qvantum Apostolorum alius. Conf. Eph. c. 3, 13. c. 6, 19. 20. Philip. c. 1, 12. 13. 14. 19. c. 2, 17. Coloss. c. 1, 24. 29. 2. Tim. 1. 12. c. 2. 10. c. 4, 6. 9. 10. 14. 15. 16. 17. ad Philem. v. 9. 10. 13.

## 6. Occasio Epistolæ.

A *Judaizantibus* hæc à qvibusdam petitur. Illorum *duo genera* statuuntur: Unum illorum, qvi statuerint, *gratiam Evangelij, Israeli peculiariter promissam non esse ad gentes propagandam: nec dare Deum pœnitentiam ad vitam, gentibus* Act. 11, 18. qvippe qvæ sunt ξένοι τῆ ἐπαγγελίας Eph. 2, 12.

alterum illorum, qvi *ad Evangelium ac legem Christi qvidem admiserint: sed cum obligatione legis Mosaicæ, sine qvâ justificari, & salvari qvenqvam posse negarint.* Cœterum primò facile superse-debit, qvi cogitabit, *Iudæos non exclusisse gentilem proselytum:* nec adeò *Christianos judaizantes excluſuros gentilem*, modò *circumcisum*, ac *legalium Mosaicorum observantem:* de altero res certa est ex Act. 15, 1. 5. Gal. 1, 2. 3. 4. c. 5, 2. 3. Sanè Petrus ipse protestatus ἀδέμιτον esse, ut *Vir Iudæus commercium haberet cum gentili velut* ἀλλοφύλῳ ad Cornelium Italicæ cohortis centurionem, accessit, Act. 10, 28. & ne gentiles, qvorum *corda fide in Christum purificaturus* Deus erat (etsi incircumcisos) *profanos & immundos*, atqve adeò ad divinæ filiationis gratiam minimè vocandos, porrò æstimaret, & *revelatâ visione*, & *terna de cœlo voce:* Ὁ θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου, increpandus fuit. Act. 10, 1. 13. 14. 15. De gentilibus sanè ad gremium Ecclesiæ admittendis, dubitare Petrus non potuit: neqve error Petri fuit, qvod existimaverit *gentiles eodem modo, qvo in V. T. esse convertendos, ut sc. non Apostoli irent in civitates gentium, ibidem prædicaturi Evangelium: sed ut Gentiles convertendi accederent ad Apostolos, ad Ecclesiam Hierosolymit. & ab illâ discerent:* non tàm immemor institutionis Apostolicæ esse Petrus potuit: neqve ut doceretur, *eundum sibi esse*

*ad Cor-*

*ad Cornelium:* non expectandum, Cornelii adventum: sed *ne ullum hominem immundum aut communem diceret,* cœlesti voce monitus legitur: ex qvo errore tàm potuit Petrus accedentem ἀλλόφυλον aversari, qvàm non ire ad allophylum: qvia ἀθέμιτον *Viro Judæo* esse dicit Petrus non saltem προσέρχεσθαι: sed & κολλᾶσθαι ἀλλοφύλῳ Act. 10, 28. At poterat κολλᾶσθαι, etsi allophylus accederet ad Judæum: non hic ad allophylum. Neqve verò *Petri reprehensores* id exprobrabant, qvod ivisset ad Cornelium Petrus: sed qvod intravisset *ad Viros* ἀκροβυστίαν ἔχοντας Actor. 11, 3. ipsi sc. *reprehensores* erant ἐκ περιτομῆς vid. v. 2. neqve reprehensuri erant, si gentiles illi circumcisi fuissent: atqve illi ipsi, cum facti rationē exposuisset Petrus, *mirati,* qvod *gentibus in præputio manentibus* Deus *pœnitentiam dederit, glorificarunt Deum.* Act. 11, 18. conf. c. 15 v. 8. 9. Ita ergò se habuit paradoxum Petri: qvod tamen cum in hâc Epistolâ nuspiam significetur, nec satis constet, Judæos qvi Romæ erant, pertrahere voluisse gentiles, qvi in Christum crediderant, ad Mosaicæ legis observationem, proinde hoc *genus Judaizantium,* rectiùs Epistolæ ad Galatas, qvàm hujus ad Romanos occasio ponitur: qvâ omissâ, alia ex ipsis Epistolæ visceribus datur. *Personabat* jam tùm incluta *Christianorum Romanorum fides,* idq; uti

ait Apostolus, ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ: neqve deerant apud Romanos, uti ex salutationibus Apostolicis c. 16. constat, *incluti Evangelij confessores*, Pauli συνεργοὶ, ἀγαπητοὶ, συναιχμάλωτοι, iidemq; & ante Paulum Christiani, & ἐν Χριστῷ πρὸ ἐμοῦ γεγονότες. Illa Ecclesiæ Romanæ *florida juventus*, votum & consilium præsentiæ dudum jam Apostolo impresserat, ut, sicut in aliis gentibus, ita & in Romanis, fructum Apostolicum, communicando charismata, εἰς τὸ στηριχθῆναι, relinqveret; at aliis Ecclesiis ab Apostolo plantatis præsentiam Pauli sibi poscentibus, ipsoq; Apostolo, impellente Spiritu S. φιλοτιμούμενον μὴ ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομεῖν: sed potiùs, ὅπου οὐκ ὠνομάσθη Χριστὸς, Evangelium prædicare, pro præsentiâ usqve ad iter in Hispaniam prolatâ Epistolam hanc Romanis dedicavit, cui suborta Romæ inter Judæos & Gentiles, utrosq; fideles, contentio, particulares λαβὰς dedit; utraqve parte suas qvasdam excellentias urgente, qvas Apostolus, uti *in articulo justificationis*, omnes *peccatores, gloriâ Dei carentes*, proclamando, planè annihilavit: ita extra illum, concessit qvidem *privilegia Judæorum* (electionem *ad gratiam sub veteri fœdere*,) νομοθεσίαν (tàm *moralem*, qvàm *forensem* & *ceremonialem*) *patriarchalem ac propheticam dignitatem*,

Oracula

*Oracula* seu τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ *illis concredita, pacta de Messiâ jurata, circumcisionem, præsentiam divinam, consanguineitatem cum Messiâ Salvatore, primitatem prædicationis Evangelij*, quod prædicandum fuerit *Judæo primùm & Græco*, ut sc. maneret Judæorum præ Gentilibus prærogativa) & *prærogativam gentium* (vocationem sc. ad regnum Christi ex indebitâ misericordiâ) ita tamen, ut nec *Judæos* gentibus nec *gentes* Judæis insultare velit, cum illorum prærogativa obstare non potuerit *plurimorum rejectioni, & Gentium vocationi:* hæ autem, velut *vasa misericordiæ*, velut *rami oleastri, insitæ sint radici sanctæ, & pinguedinis oleæ participes factæ, quæ proinde, cum non portent: sed portentur à radice, abstinere debeant ab mani contra Judæos naturales ramos, gloriatione &c.* Apparet ex Epistolâ, *Judæos* quoque *suorum* majorum *merita, & propria legis observandæ*, ac *cultus retinendi studia*, inter prærogativas gratiæ Evangelii sibi præ Gentibus offerendæ allegavisse: *Gentiles* contra, seu Græcos (ita vocat Apostolus) suam ἑλλάδα ἑλλάδος, *philosophiam, virtutum studia, fortiter, temperanter & justè Romanorum majorum facta* æstimavisse, *idololatriæ crimen in plurimis unum invisibilem ex opificio mundi agnoscentibus*, excusavisse, in aliis ignorantiæ deputavisse, Judæis *ingratitudinem, iteratam à Deo tot miraculis inter se claro, apostasiam*, non saltem non

 agnitum:

agnitum: sed *& turpissimâ morte à se condemnatum Messiam*, &c. objeciſſe. His inter Romanos unius fidei confeſſores gliſcentibus altercationibus, Paulus διδάσκαλον ἐθνῶν pro munere ſuo Apoſtolico maturè occurrendum ratus, hanc ad eos Epiſtolam miſit, idq; cum jam ut *veteranus miles*, ac λειτουργὸς JESU CHRISTI à Jeruſalem & κύκλῳ per *Aſiam*, *Macedoniam*, *ad Illyricum usqve omnia impleviſſet Evangelio Jeſu Chriſti*. Ita ſe habet occaſio ſcriptæ Epiſtolæ; qvam particularem cum neceſſitate qvadam ita admittimus in ſcriptione, prout in prædicatione. Prædicarunt Apoſtoli non ſponte ſuâ, non ex proprio inſtituto: ſed prout Spiritus juſſit, & *dedit eloqvi illis*. Occaſio & neceſſitas illa æqvè fuit ad prædicandum: qvàm ad ſcribendum, ſive qværatur de occaſione generali, *indigentia ſc. hominum informandorum ad ſalutem per fidem in Jeſum Chriſtum*: ſive de *particulari*, qvomodo paſſim in Actis Apoſtolicis *occaſiones particulares* prædicationum Apoſtolicarum notantur: ſi particularis occaſio, non negat mandatum *in prædicatione*. E. *nec in Scriptione*: neqve valet illatio: *Scripſerunt Apoſtoli occaſionaliter* ſ. ex occaſione partiali. E. *non ex mandato*: ſed ſaltem *incidenter ratione finis*. Contra: ſcripſit Moſes Exod. 17, 14. Exod. 24, 4. Deuter. 31, 9. 19. 22. 26. *occaſionaliter* hiſtoriam *belli ſacri*, *Amalekitici*, *libri*

*bri fœderis, Cantici novissimi*, neqve tamen *sine mandato*: qvia expresse aliqvoties ibi *jubetur* scribere: neqve ratione finis incidenter: qvia jubetur scribere, ut sit לזכרון s. *in memoriale* item, *ut discant timere Deum.* Sic: Johannes Apocalypsin scripsit occasionaliter. E non ex mandato: cum tamen 12. in Apocalypsi legatur γεγραμμένον. Lucas cap. 1, 2. 3. finem scriptionis Evangelii agnovit ἀσφάλειαν Catecheseos Timothei. Patet æqvè de scribendo Evangelio, ac de prædicando primariâ intentione cogitasse, utrumq; tàm *prædicationem* qvàm *scriptionem* medium & causàm fuisse τὸ σοφίσαι εἰς σωτηρίαν διὰ πίστεως, cujus effectus δύναμιν Apostolus ταῖς ἱεραῖς γράμμασι, item τῇ γραφῇ θεοπνεύστῳ expressis verbis vendicat. 2. Tim. 3. 16. Dum ergò Bellarm. l. 4. de V. D. non scripto, *Christum nullibi apertè præcepisse Scripturam Apostolorum, Apostolos nullibi testari, se ex Domini mandato scribere, eosdem ad scribendum nonnisi occasione & necessitate quadam coactos animum applicuisse, & adeò non ex mandato Domini scripsisse* dicit, multis modis errat. Sic idem: *Johannem compulsum ab Asiæ Episcopis scripsisse dicit Evangelium propter Ebionitarum hæresin. E. non ex mandato.* Contra expresse duodecies à Filio hominis jubetur scribere. Apoc. 1, 11. 19. c. 2, 1 8 12. 18 c. 3, 1. 7. 14 c. 14, 13. c. 19, 9. c. 21, 5. Concludimus: Epi-

stola ad Romanos & scripta est ex mandato, & non sine occasione partiali: etsi ad mandatum sufficere potest προνόησις, qvæ non concipi potest absqve mandato. Addimus: qværit Bell. l. alleg. unde sciamus *Epistolam ad Romanos esse verè Pauli?* respondemus, inde *unde scimus esse divinam & canonicam:* dubium de Autore hîc inseparabile est à dubio de canonicâ autoritate: qvia qvi de illo dubitat, non potest non de magnâ, eaq; illustri Epistolæ parte, tùm initiali, tùm finali, dubitare.

## 7. *Epistolæ argumentum juxta orthodoxos.*

Summa Epistolæ est: *Homines omnes, Cum nec ex naturâ, nec ex lege Mosis, nec ex operibus,* sive fidem & justificationem antecedentibus, sive illam consequentibus *justificari & salvari qveant,* unicam habere justificationis coram Deo, & salutis viam, *indebitam* sc. Dei *misericordiam,* qvæ merito Christi conciliata, per fidem nobis sit unicà amplexanda: habuisse qvidem Judæos *excellentias* tùm *Ecclesiasticas,* tùm *Politicas,* tùm *Genetliacas multas:* at in *articulo justificationis* habere nullas, imò magnâ parte, *offendendo ex Zelo sine scientiâ ad lapidem fundamentalem* Sionis JESUM CHRISTUM, factos esse *anathema à CHRISTO,* vocatis *magno numero ad regnum Christi gentibus, & justitiam, qvæ est ex fide, apprehendentibus.*

hendentibus) Porrò: *Illam justitiam fidei contra tentationes*, tribulationes, infirmitates, immotam esse *justificatorum anchoram* & invictam gloriationis de *spe futuræ gloriæ Dei, & in ipsis tribulationibus, de reconciliatione per Jesum Christum*, materiam; ita autem illam amplectendam, ut *fidei* & *spei* donis *Charitas* respondeat. Atque adeò abstractis *Exordio* & *Conclusione* tria principalia Epistolæ sunt themata: I. *de revelatâ in solo Evangelio, gratuitâ justificatione*, c. 1. 2. 3. 4. ejusq; *consequentibus* seu *fructibus*, quales sunt: *Pax cum Deo*, & reconciliationis per unum hominem Jesum Christum *gloriatio* c. 5. *Spiritualis*, cum CHRISTO, *resurrectio*, c. 6. & *justificatorum* in Deo *sanctificatio* c. 7. adusque v. 5. *peccati in renatis etiam habitantis: sed non regnantis, non imputatis*, & propter illud, justificatorum, *non condemnatio* c. 7. à v. 5. & c. 8, 15 *eorundem*, spe *gloriationis*, *adjutorio Spiritus S. interpellantis*, cum CHRISTO hâc in vitâ, intrepida *compassio* c. 8. à v. 16. adusq; c. 9. II. *De indebitâ Dei eligentis ad gratiam Ecclesiæ gentes*, reprobatis Judæis, *misericordiâ*, de ejusdem *gratiæ* tùm ordinariâ tùm extraordinariâ œconomiâ (interspersis hinc inde, quæ *ad prædestinationis* ad *vitam æternam* & ei oppositæ *reprobationis* materiam faciunt) c. 9. 10. 11. adusque illud ὦ βάθος, & δοξολογία c. 11. v. 32. & 36. III. *Adhortationibus* absolvitur *de hominis justificati novâ obedientiâ, renovatione*, vel sancti-

ficatione: id qvod facit tùm *generalitèr* adhortando *ad sacrificium corporum vivum*, & τὴν λογικὴν λατρείαν c. 12, 1. 2. 3. tùm specialitèr per *regulas vitæ*, & *præcepta specialia virtutum* adusqve c. 15, 15. unde incipit Conclusio. Notetur partium harum nexus c. c. per ἄρα in c. 5, 1. & c. 12, 1. per *solemnem protestationem & Exordioli novum apparatum* c. 9, 1 2. 3. 4. 5. notentur item *magnificæ* singularum partium *per illustrem sententiam*, περισσασικὴν *exclamativam*, *stupendam* δοξολογίαν, & *votivam eucharistiam* clausulæ conf. in parte 1. qvà memb. 1, versus ult. c. 4. qvà membrum 2. c. 8. versus à 32. ad 39. in parte 2. c. 11. à v. 33. ad f. in parte 3. c. 15, 9. 10. 13. planè sicut in Psalmis Davidis singuli libri claudunt(ur magnificâ δοξολογίᾳ eaq; obsignatâ vel per geminum *Amen* vel *Hallujah* conf. Psal. 41, ult. Psal. 72, ult. Psal. 89, ult. Psal. 106, ult. Psal. 150, ult. Lutherus noster ad *Fidem* cap. I. II. III. IV. SPEM à c. V. ad XII. CHARITATEM inde adusqve c. 16. referri posse, gravitèr & eruditè ostendit.

## 8. *Epistolæ argumentum juxta Pontificios.*

Exprimemus illud verbis Gulielmi Estii, celebris Doctoris papistici, qvippe per 31. annos in Duacensi Universitate Theologi Professoris, & seminarii Regii Præsidis, ac per annos 18. ejusdem

dem Univers. Cancellarii, qvæ in argum. Epistol. hæc sunt: *Paulus primò utriusqve partis* sc. (& Judæorum & gentium) *fastum deprimit: ostendens omnes priusqvam vocarentur à Deo ad fidem Christi, fuisse peccatis subditos, & à verâ justitiâ alienos, ideoq; nihil habere, de qvo vel alteri adversus alteros sese venditent*, vel *utriqve gloriari comm Deo possint, tanqvam de aliqvo merito gratiæ & salutis per Christum oblatæ.* Docet *itaqve gratuitum Dei donum esse justificationem*, h. e. *non per legem, aut ex ullo operum merito, dignitate, respectu:* sed *gratis per fidem in CHRISTUM propitiatorem, tàm Judæos qvàm gentiles justificari. Atqve hic Status est, & principale argumentum Epistolæ.* Ita ille: Dicere hîc licet cum Augustino *c. 2. l. 1. de grat. Christi & pecc. originis, ad profes. Pelagij:* Qvisqvis hæc audit, & sensum ejus ignorat, *omninò hoc putat eum sentire, qvod veritas habet: qvisqvis autem qvicqvid in ea apertiùs dicit, advertit, debet habere etiam ista verba suspecta.* Patebit illud ex seqventibus verbis Estii, qvæ talia sunt: *Est autem hæc vera ac germana de justificatione doctrina, non qvæ opera nostra à negotio justificationis simpliciter excludat, ut Sectarij volunt (siqvidem & ipsa fides opus qvoddam nostrum est) sed qvæ à justificatione removeat opera sive legis, sive naturæ fidem præcedentia: & omninò ea, qvæ non sunt ex fide.* At *si tantùm excluduntur opera fidem præcedentia*, si ipsa *fides est bonum opus hominis*, & fides illa, ut opus hominis in ordine

ad

ad justificationem agit, disponit, si præter fidem, *spes, charitas, timor, contritio, ut bona opera*, & dispositiones agunt, præparant, ad justificationem disponunt, & hoc ipso (qvia causæ disponentes sunt verè efficientes, prout *Pharmacum* dispositio est, & simul efficiens in ordine ad *sanitatem*) efficiunt, imò de *congruo* (non sine intrinsecâ comproportione) merentur justificationem (etiam primam, cujus terminus ad qvem est infusio justitiæ) nemo facile intelligere poterit, qvomodo, ut loqvuntur posteriora (prima enim, qvæ negant meritum gratiæ, ad tempus ante vocationem, & adeò ante fidem referri possunt) Estii verba, *Justificatio sit donum Dei gratuitum*, qvomodo *ex nullo planè operum respectu, gratis per fidem in Jesum Christum justificentur, tàm Judæi qvàm Gentiles*. Lingva ergò prior *Lutheranissima fuit*, posterior *Romanissima*, talis scil. qvalis jam ante seculum *Emseri* qvi ita illud expressit: *Paulus non incredulitatem illorum* (Romanorum) *nec opera omnia redarguit, sive ante, sive post conversionem acta: nedum hac in peccatorum classem redigit: sed inane litigium prærogativæ sublaturus, utramqve gentem ante fidem æqvè peccatores fuisse concludit: & adeò nec per opera alterutram partem, nec per pietatem:* sed *per fidem & Christum justificatos esse statuit*. Falsa & contradictoria hujus argumenti sunt palpabilia. Qvid enim Paulus c. 1. 2. 3. magis redarguit, qvam o-

pera

pera Judæorum & gentilium? qvam causam reddit rejectionis Judæorum c. 9, 32. qvam incredulitatem s. ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως. Si excluduntur saltem opera ante fidem, si inter hanc & justificationem datur λάφεσις operum disponentium & dispositivè justificantium ac merentium saltem de congruo, qvomodo *non per opera*: sed *per fidem & Christum justificantur?* Sed hîc Labyrinthus est Papismi, uti & in *justificatione gemina*. *Unam* esse *justificationis formam* disputat Bellarm. l 2. de justif. c 15. at qvomodo una, si est *justificatio gemina?* Et aut bona opera (qvæ dispositiones vocant e. c. Fides, spes, charitas, timor, pœnitentia) sunt justificationis *primæ* forma, aut efficiens. Si *illud*. E. unius justificationis forma gemina, sc. infusa justitia & bona opera. Si *hoc*. E. justificant justificatione primâ: qvomodo ergò, per operum meritum, prima distingvitur à secunda? Hic certè Labyrinthus est, uti & in illo: Paulum in hâc Epistolâ tantùm excludere opera *fidem antecedentia*, non inter fidem & justificationem primam *intercedentia*, dictum suprà ab Estio, Emsero: Dicitur idem à Becano, qvi in Manuali l. 1. c. 16. p. 425. s. mentem Apostoli in Epistolâ ad Romanos esse dicit, *ostendere, nec Judæos ex nudâ observatione legis Mosaicæ, nec Gentiles propter bona opera ante Christi fidem*

*susce-*

*susceptam perpetratæ, justitiam à Deo consequi potuisse,* | *aut consecutos esse: sed ex fide in Christum: fidem esse initium justificationis:* nec *dari ex operibus præcedentibus: sed esse donum Dei:* estq; hæc communis sententia papismi, magis etiam qvàm illa *meriti de congruo*, qvòd respectu justificationis 1. *aliqvibus* saltem Pontificiis tribuit Becanus l. alleg. At idem Becanus probaturus: *Paulum & Jacobum non pugnare inter se,* cùm *alter negat hominem justificari ex operibus: alter* autem *affirmat: qvia alter* (Paulus *agat de justificatione* 1. *alter* (Jacobus) *de* 2. insignem committit circulum. Si *opera, ut fidem sequentia* sunt etiam in justificatione primâ, qvomodo per illa discernitur prima à secundâ: vel si per illa discernitur secunda, qvomodo non excluduntur in primâ & qvomodo conciliantur Paulus & Jacobus? Qvin si ad *secundam* saltem pertinent *opera*, qvare statuitur incertitudo (conjecturalis enim certitudo Bellarmini, figmentum est) *gratiæ?* cujus sanè hypothesis nulla alia est, qvàm qvòd præter *fidem* (de qvâ *infallibilem & evidentem dari notitiam* ipsi concedunt) illas virtutes seu *dispositiones* operum easq; *intensivè & appretiativè* summas requirant, qvarum, *qva talium*, non dari *certitudinem*, facilè concedimus. De cætero rectè & contrà qvosdam socios monitum ab Estio est 1. *In hâc epistolâ disputationem non tàm esse de lege ceremoniali* (an

scil. Gentilibus salvandis illius observatio sit necessaria, de qva potius in *Epistola ad Galatas*) *qvam de Lege morali*, *sive Scripta* (apud Judæos) *sive Insita* (gentilibus) *& qvidem potissimum ad Legem Decalogi respectum esse Apostoli*, *propter Judæos*, *qvi in illa justitiæ fiduciam collocaverint multum amplius*, *qvam Gentiles in Lege naturæ*, *cujus se transgressores multifariam fuisse*, *facilè videbant*. Satis fuisse Apostolo qvòd ad cerèmonias e. c. *circumcisionem*, attiner, docere, *ut ex Lege qvoqvo modò justitiam exspectarent*. 2. Peculiare huic Epistolæ esse, qvod, cum alias universos, qvi Romæ erant, *fideles* alloqvatur, interdum tamen propriè *ad Judæos*, interdum ad *Gentiles* orationem convertat. Ad Judæos scil. Cap. 2. maxumè à versu 17. Cap. 7. Ad Gentes c. 11, 13. *Vobis dico*, *Gentibus*, *&c.* Sic Cap. 15. à versu 15.

## 9 Querela obscuritatis.

Qvod idem *omnem hanc ad Romanos Epistolam*, *allegato Hieronymo in vltimâ ad Algasiã* qvæstione, *nimis obscuritatibus involutam esse dicit*, Circulum Papisticum sapit, qvi probat *indigentiam Iudicis & interpretis visibilis ac infallibilis*, ex canone obscuro (debebat autem ille infallibilis personam legitimare ex perspicuis) & *R. Pontificem* esse *illum Iudicem infallibilẽ ac visibilem*; in scripturis *evidens* esse dicit. Hieronymum ita excusamus, uti *Augustinus* Ambrosium, qvem pro se allegaverat *Pelagius*

*lagius lib. 1. de gratia.* Ἀυτονόητα in Epistolis Paulinis dudum agnovit Petrus 2. Epist. cap. 3. v. 16. & (qvicqvid sit de respectu illius: ἐν οἷς, sive id ad *argumentum speciale de ultimo die*, sive materialiter ad Epistolas Pauli referatur, qvomodo in 3. manuscr. cod. Rob. Steph. lectum reperitur, ἐν αὐτῇ) *talia satis multa, etiam agnoscimus in hac Epistolâ. Universalis & extensiva* scripturarum perspicuitas, cum *abstractione mediorum* informationis à subjecto legente Scripturas, à nobis nunqvam est asserta.

## 10. *Dialectus Pauli.*

Hæc ipsissima Græca est, non *Hellenistica*, uti Heinsius: non *idiotica & trivialis, è medio petitis vocibus in magnâ lingvæ paupertate induens sententias Syriacas* uti in Ossilegio p. 144. statuit Salmasius. De *Ornatu sermonis Paulini*, aliter Hieronymus *Ep. ad Algas.* aliter Augustin. de *doctr. Chr. l. 4. c. 7.* Ille Paulum sermone Idiotam affirmat: hic negat conf. *2. Cor. 10, 10. c. 11, 6.* Longè alio sensu *hyperbata, & solœcismos* Paulo tribuit *Mart. Peresius, Hisp. Bened. Perer. disp. 2 in Ep. ad Rom.* qvàm qvo vel *Hieron.* vel *Irenæus l. 3. c. 7.* Qvare ad Romanos scribens non usus sit lingvâ Romanâ Bell. *app. de S. P. c. 13.* rationem dicit: *qvia noluerit eam à vulgo legi:* in qvo qvi non insignem fallaciam causæ deprehendit, is & nescit qvæ hodiè sit Roma, & qvæ tempore Pauli fuerit Ἑλλάς, seu Græcia.

# EXORDIUM PAULINUM.

*Sanctissima Epistolæ Præfatio* 16. *prioribus versibus absolvitur, in qva proponitur* 1. *Inscriptio Epistolica (in qvâ continetur (1)* personæ inscribentis appellatio, *eaq; tùm* nominalis, *tùm triplex* officialis, *v.* 1. *qvâ occasione sequitur (2)* Evangelii *velut* objecti doctrinalis Apostolici commendatio, *eaq; (α) ab antiqvitate v.* 2. *(β) materiali majestate v.* 3. 4. *(3)* Divina Apostolatus origo & amplitudo *v.* 5. *qvâ occasione v.* 6. *sequitur (4)* formalis Epistolæ dedicatio *(5)* Ejusdem per votum gratiæ & pacis obsignatio *v.* 7.) 2. *Affectus Apostolici contestatio vehementissima, qvod facit (1)* per solemnem pro fide Romanorum celebri gratiarum actionem *v.* 8. *(2)* continentem Romanorum in orationibus recordationem *v.* 9. 10. *(3) Præsentiæ* suæ apud Romanos, sæpiùs optatæ, at hactenus impeditæ commemorationem, *Cujus voti præsentiæ explicatur* 1. *Finis, qvi est* impertitio charismatis confirmantis *v.* 11. 12. fructus Apostolicus *v.* 13. 2. *Inductionum*

*vum promtitudinis v. 14. 15. qvia sc.* Apostolus est debitor omnibus gentibus. *E.* etiam optat coram Evangelizare Romanis: *qvippe qvem* non pudet Evangelii Christi *v. 16. atqve sic itur ad Thema* I.

CAPUT I. VERS. I. POS. I.

§. 1. A *Nomine Autoris* Θεοπνεύστου orditur Epistola. Est illud: ΠΑΥΛΟΣ Qvi sc. *ante conversionem* dicebatur ΣΑΥΛΟΣ, *paulò post illam* dictus Παῦλος. Nomen illud non nisi in *Actis c. 7, 58. c. 8, 1. 3. c. 9. v. 1. 8. 11. 19. 22. 24. 26. c. 11, 25. 30. c. 12, 25. c. 13, 1. 2. 7.* & non ultra c. 13. ubi v. 9. conjungitur *Saulus & Paulus*, post qvem textum semper est *Paulus*, nunqvam *Saulus*. Nomen hoc illi primitivum ac gentilitium fuisse, constat: nec dubium de etymologiâ *Sauli*, qvæ ex Scriptione *Hebræo - Aramæa* שָׁאוּל evidens est: at non item de nomine *Pauli*. Qvi ab Hebræo sive פלא in sensu *admirabilis*, sive פעל in sensu *Operationis*, propter rationem sc. qvæ est Roman. 15, 18. 19. 1. Cor. 15, 9. 10. arcessunt, nec cum *Aramæâ*, nec cum *Græcâ & Latinâ* scriptio-
§. 2. ne conveniunt. Ex cognatione literarum, & vulgari deflexione Gentilitium nomen Hebraicum *Sauli* in *Paulum* mutatum esse, probabiliùs dicitur. Sanè in *Græco* unius saltem literæ mutatione distat *Saulus* à *Paulo*; at non item in *Syro*: ubi

ro: ubi Saulus est שָׁאוּל: at Paulus est פַּולוּס. Sed hoc Syri habent ex Græco Παῦλος: hoc autem non ab aliqvo Syro פָּאוּל sicut Saulus à שָׁאוּל: sed à Σαῦλος, qvod à שָׁאוּל. Mutationem illam nominis divinitus factam, §. 3. & *signum excellentiæ Apostolicæ*, *ut* sc. *non minor haberetur Paulus, qvàm Petrus, Apostolorum Coryphæus*, notatum à Chrysostomo: cujus usus contra Pontificios. De Petro res certa est. Is à circumcisione *Schimon*, à cognatione *Bar-Jona*, Jonas-Sohn / à Confessione τῆς Πέτρας s. הָדָא כִּיפָא, dictus הוּכְאָפָא Matth. 16, 18. sed & *Jacobo & Johanni* à Salvatore novum nomen impositum, sc. בְּנֵי רֶגֶשׁ Marc. 3, 17. qvod si & *Paulo*, nullum inde privilegium pro solo Petro. Cœterum de *Paulo* res dubia: nullibi illa nomenclatura divinitùs facta dicitur: non magis, qvam de *Lebbæo*, ὁ ἐπικληθεῖς Θαδδαῖος Matth. 10, 3. idem probatur de Paulo. Neqve §. 4. vel in Petri, vel Pauli nomine robur habet *superstitio Paparum* in abrogandis nominibus propriis ac natalitiis, ita ut ex Maffæo Berberino fiat Urbanus VIII. ex Card. Pamphilio Innocentius X. ex Fabio Chisio, Alex. VII. & ex illo, qvi cum à gente suâ diceretur *Os porci*, mutato primò omnium nomine, dictus est *Sergius II.* qvia Petri nomen ab ipso Christo, *Simoni* impositum (probent ergò sibi idem qvod Christus habuit, jus &

potestatem competere) neqve post novum nomen cessavit vetus, qvia in inscript. Epistolæ 2. dicitur Simon Petrus: imò à Christo *post* resurrectionem, sine novo nomine *Simon Jona* Joh. 21, 15. Sic in *Pauli* nomine, levis saltem est inflexio: at in paparum exemplo plena nova-
§. 5. tio. Porrò qvâ rationem nominalem, *triplex* datur diversitas in *inscriptione* Epistolarum Paulinarum: qvædam habent *nomen solius Pauli*: qvædam *& Pauli & alterius sive Apostoli, sive Christiani*, sive unius, sive plurium, qvædam *nec alterius*, nec *Pauli*. Primæ classis, sunt Epistolæ *ad Romanos, ad Ephesios, ad Timotheum 1. & 2. ad Titum*. Classis 2. *Epistolæ*, vel habent nomen *Pauli, & Timothei*, ut *2. ad Corinth. ad Philippenses, ad Colossenses, ad Philem.* vel nomen *Pauli & Sosthenis*, ut *1. ad Corint.* vel *Pauli, Silvani & Timothei*, ut *1. & 2. ad Thessalonicenses*, vel nomen *Pauli, & omnium Confratrum* ut *Epist. ad Galatas* (assumuntur autem ab Apostolo, ut ejusdem fidei *Confessores*, non ut Epistolæ *Autores*) Classis 3. est *Epistola ad Hebræos*, qvæ sola est ἀνέφαλος.
§. 6. Qværit Chrysostomus, *qvare in Mose & multis Prophetarum libris non sit præfixum nomen Autoris*, item *qvare nec in 4. Evangelistis ulla mentio nominis?* Sane Character Johannis, qvia ultimi Scriptoris Canonici, evidens satis est in clausulâ Evangelii c. 21. 24. de cæteris rationem reddit Chrysostomus, *qvia illi scripserint præsentibus: Aposte-*

*Apostolus autem remotis & absentibus:* præterea *nomen expressum reqvirere figuum Epistolarem:* addit Estius: *More seculi potissimùm Romano, nomen, & per addita epitheta, conditionem, atqve officium suum statim in fronte Epistolæ prætendere.* Similis ferè qvæstio est, illa Abarbinelis in Chaggæum, qvare in Chaggæo & Schariâ sit talis הגבלות השנה והחדש *determinatio annorum & mensium, qvalis non datur in reliqvis Prophetis?* Patet autem ex superioribus, *Omnes* §. 7. *Epistolas Paulinas habere nomen Pauli, exceptâ eâ, qvæ est ad Hebræos.* Illam *Crypsin Apostolici nominis* sapientèr à Paulo institutam, ut posset σοφῖσαι διὰ τὸ κρύψαι τὸ ὄνομα, τὴν ἀκρόασιν ἐκείνων, & *ne in ipsis statim præfationibus audito Pauli nomine, sermoni aditum occluderent,* notatum à Chrysostomo. Addimus occasione nominis *Curriculum Apostoli.* Fuit ille *Tarsensis* §. 8. *Cilix* ex patriâ Romanæ civitatis jure donatâ, & adeò *natus Civis Romanus*, ad qvod jus provocat conf. Act. 21, 39. c. 22, 3. c. 9, 11. 30. c. 11, 25. c. 22, 25. 26. 27. 29. c. 23, 27. Studiosus Theologiæ, studiorum causâ in Acad. Hierosolym. missus, & rigorosiori PHARISÆORUM Sectæ addictus, Præceptorem *Gamalielem*, Professorem Acad. illius celeberrimum nactus, *ad ejus pedes consedit,* Actor. 26, 5. & ex religionis Zelo: sed οὐ κατ' ἐπίγνωσιν aliqvamdiu *insaniens persecutor Christi*

extitit Gal. 1, 14. 1. Tim. 1, 13. Phil. 3, 5. 6. Act. 7, 58. c. 8, 1. 3. c. 9, 4. Miraculo vocis cœlestis JESU NAZARENI conversus c. 9. v. 3. 5. 6. prima fidei Christianæ Tyrocinia unà cum Baptismo ab *Ananiâ* in Damasco: pleniſſima cœlestis Philosophiæ mysteria ab ipso Christo per immediatã apocalypsin in tertio didicit cœlo. Gal. 1, 1. 2. ita *factus Vas electum protulit nomen JESU ad gentes, ad regna, inter filios Iſrael, multa paſſus propter nomen JESU* Act. 9, 15. 16. Conf. Act. Ap. à c. 9. ad libri fin. Rom. 15, 18. 19. 2. Cor. 11, 23. 24. &c.

§. 9. *Anno Chriſti 69. Neron. An. 13. Cal. Julii Virgis Romæ cæſum*, extra *portam trigeminam perductum, ad aquas Salvias capite truncatum, & in viâ Oſtienſi ſepultum*, & adeò uno anno & die cum Petro Martyrem factum narrat Baronius ad ann. all. addit idem περιλογίας solitas de *fugâ Petri*, de *3. apparitoribus*, de *Velo plautillæ*, de *Sanguinis Pauli in Lac transſubſtantiatione*, de *triumfo capitis Pauli*, *unde locus 3. fontium.* Diverſis annis Petrum & Paulum martyrio coronatos plurimi censêre Patres. *Petrum Romæ nunquam fuiſſe, medum ibidem ſupremo capitis ſupplicio affectum*, probat Joſ. Scalig. Idem de *Paulo*, *an gladio in perſecutione Neroniana perierit*, dubitat, malus alicubi Interpres *Taciti* vid. not. *Scal. ad c. Joh. 18, 31.* Plenum Pauli Encomium eſt in Actis c. 9, 14. Conf. Chryſ. 8. hom. laud. Paulin. *Scriptor*

ptor Scriptorum, *Apostolus Apostolorum*, πλήρωμα ἀποστόλων ἄλλων, *Receptaculum mysteriorum*, &c. à Patribus passim dicitur.

Pos. 2. Excellentia officialis Apostolica 1. est: §. 1.
*Servus Jesu Christi*, Christus sc. ipse Servus Dei, imò עבד משכיל Es. 53. (cujus servitutis fundamentum non est illa *connaturalis & metaphysica dependentia ac subordinatio humanæ naturæ ad Deitatem:* Sed illa μορφὴ δούλου, illa spontanea κένωσις ac ταπείνωσις, quæ memoratur Philipp. 2.) & *ratione redemtionis* (uti in Symbolo fidei, & per omnem N. T. Scripturam passim dicitur) noster DOMINUS: Paulus, tùm ob hunc respectum communem *redemtionis*, tùm speciale *Ministerium Apostolatus* Servus Jesu Christi: qvomodo ob speciale Ministerium in bellis Domini, *Nebucadnezar* dicitur *Servus Dei*, Jer. 25. 9. c. 27. 5. c. 43, 10. & (qvod magis convenit) mortuo Mose, Deus ipse his verbis parentalia scripsit: משה עבדי מת *Moses Servus meus est mortuus* Jos. 1, 2. Titulus autem SERVI nunc §. 2.
ponitur *sine titulo Apostoli:* nunc *cum illo* conf. Ep. ad Philipp. c. 1, 1. Imò aliqvando neuter ponitur conf. 1. & 2. ad Thess. (carentia tamen illa tituli *Apostolatus* nullibi est, ubi expressum est nomen *solius Pauli*) Neqve ergò ex illo principio rectè negatur *Jacobus Apostolus Autor Epistolæ:* Sufficit, qvod dicatur *Servus Dei, ac Domini Jesu*

*Christi*, & qvod inscribat τῶ δώδεκα φυλαῖς
§.3 (conf. c 1. v. 1.) qvi est *Character Apostolicus*. De ipsis *nominibus Domini*, qvæ ὀνόματα οἰκονομίας dicuntur patribus, alterum JESU sc. esse *nomen humanitatis*: alterum autem CHRISTI esse *nomen divinitatis proprium*, notavit Haimo. Concedimus nomen JESU esse proprium nomen *illius hominis*, *nati ex Mariâ Virgine* Matth. 1, 21. Luc. 1, 31 c. 2, 21. negamus esse *proprium humani-*
§.4. *tatis* Luc. 1, 69. Actor. 4, 12. c. 10, 43. Concedimus nomen CHRISTI esse κατ' ὑπαρξιν proprium hypostaleos, qvæ est θεάνθρωπος, & adeò *nomen Dei*, *Regis*, *Prophetæ*, *Sacerdotis*: negamus esse *proprium divinitatis*: imò respectu *termini ad qvem*, & *unctionis passivæ* non competit, nisi humanitati, qvæ sola in tempore uncta est Spiritu S. invisibiliter, & οὐκ ἐκ μέτρου
§.5. Joh. 3, 34. Porrò, qvi Græcis Χριστὸς, Hebræis מָשִׁיחַ sine ּ Dagassato dicitur: qvæ vox cum geminato (propter ּ densum) s. à Græcis scribitur Μεσσίας qvomodo non nisi *bis* in N. T. reperitur sc. Johan. 1, 41. c. 4, 25. Paulus enim altero *Hebræorum*, altero *Græcorum* semper utitur vocabulo, ostendens ita ἕλλησι καὶ βαρβάροις, *Salvatorem mundi* Joh. 4, 42. Apud Græcos utriusq; nominis abbreviatura solita est sc. Ιης Χρς vel literis majusculis I H Σ X P Σ qvod postea servatis

servatis Græcis Characteribus imitati sunt Latini.

3. Excellentia officialis 2. est κλητὸς Ἀπόστολος: §. 1.
qvibus in vocibus non tantùm excellentiam: sed & modestiam Apostoli, qvi non cucurrit: nec tamen vocatus, uti Jonas, fugit: sed legationem ὑπὲρ Χριστοῦ reverenter, & cum gratiâ admisit illo modo, qvi vid. 1. Cor. 9, 16. 18. c. 15, 8. 10. 2. Cor. 5, 20. 1. Tim. 1, 12. notant Patres. Syrus copulam interposuit: קריא ושליחא i. e. vocatus & missus. Vox קְרִיָא respondet τῷ κλητῷ: utrobiqve non participium: sed nomen est: neqve enim sive hîc, sive alibi Apostolus dicitur κεκλημένος ut Luc. 14, 7. 8. nec κλητὸς uti 2. Cor. 7, 22. sed κλητὸς, uti Matth. 20, 16. Rom. 8, 28. 1. Cor. 1, 1. qvod *Vocaticium* qs. sonat. Nullum tamen ne hîc qvidem, qvâ §. 2.
rem ipsam, discrimen agnoscimus, qvale inter ἐκλεκτὸς & ἐκλελεγμένος, seu inter Electos *nominalitèr* & *participialitèr* statuit Huberus. Notat autem hic titulus 1. *Vocationis Pauli ad Apostolatum immediatianem* conf. Act. 9, 11. & 13. 2. *Evangelij sui Apostolicam Originem* Gal. 1, 1. c 2, 6. De cœtero, titulus *Apostoli* ex Etymologiâ suâ communis, Joh. 13, 16. *secundùm excellentiam* τῶν δώδεκα, qvorum definitionem vide Actor. 1, 21. 22. attributus conf. Matth. 10, 2. 3.

Marc. 3, 14, 15. idq; ab ipso Christo Luc. 6, 13. & cum discretione τ δώδεκα & τ ἑβδομήκοντα conf. Luc. 10, 1. (gaudium Inscriptionis ἐν τοῖς οὐρανοῖς v. 20. non ad Judam refertur conf. Joh. 13, 18.) Joh 6, 66. 67. longè eminétiori modo competit *Paulo*, qvàm vel *Epaphrodito* vid. Philip. 2, 25. vel *Barnabæ* Act. 14, 4. 13. 2. Cor. 8, 18. vel *Andronico* Rom. 16, 7. etsi ἐπισήμως ἐν τοῖς ἀποστόλοις & *antecessori Pauli*, v. ibid. & conf. 2. Cor. 8, 23. Imò plus excellentiæ & immediationis habuit vocatio *Pauli*, qvam *Mattiæ*, etsi utriusqve im-
§. 3. mediati conf. Actor. 1, 21. 23. 25. Petrus sanè πρῶτος in Apostolis: etsi non in Apostolos Matth. 10, 2. fuit: neqve in ipso Collegio τ δώδεκα defuit Ordinis primitias, unde illi ὑπερλίαν ἀπόστολοι vid. 2. Cor. 11, 5. c. 12, 11. iidemq; δοκοῦντες στῦλοι Gal. 2, 9. sc. *Petrus*, *Iacobus* (Zebed. non Alphæi: tertium JACOBUM minorem ἐκτὸς τ Δώδεκα eundemq; dictum *Fratrem Domini* Marc. 15, 40. Gal. 1, 19. qvia sc fuerit *Filius Josephi*, *Patris putativi*, & testem *oculatum vitæ ac resurrectionis Jesu Christi*, uti & *Episcopum Hierosolymitanum* ex Gal. 2, 12. Actor. 15, 13. c. 21, 18. 1. Cor. 15, 7. cum hypothesi *Mariam τὴν Ἰακώβου* Joh. c. 19, 25. *esse illam qvæ dicitur Maria JACOBI & JOSE* Matth. 27, 56. Marc. 15, 40. defendere laborat M. de Dom. *l. 2. de rep. Eccl. c. 2. §. 44.*) & Jo-

& *Johannes* οἱ υἱοὶ βροντῆς Marc. 3, 17. At *Paulus*, etsi ex meritis ante-Apostolicis ἐλάχιστος, §. 4.
tamen *Dei gratiâ*, nullo minor, imò *laboribus major*, 1. Cor. 15, 9. 10 1. Tim. 1, 12. 13. 14. Cui etiam specialiter incubuit ἡ μέριμνα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν 2. Corinth. 11, 28. in Apostolatu nec ipsos δοκοῦντας superiores agnovit: à qvibus δεξιὰς κοινωνίας accepit cum pacto, & potenti ipsius Petri elencho conf. Gal. 2, 9. & seq. E- §. 5.
qvidem Character τῶν δώδεκα unus defuisse Paulo videtur: Ille sc. qvod non fuerit συνελθὼν τοῖς Ἀποστόλοις, ἐν παντὶ χρόνῳ, ἐν ᾧ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ὁ κύριος Ἰησοῦς ἀρξάμενος ἀπὸ βαπτίσματος Ἰωάννου ἕως τῆς ἡμέρας ἧς ἀνελήφθη. Act. 1, 21. at illum excellenter adimplevit *eminentia apocalyptica* Galat. 1, 1. 2. Cor. 12, 1. 2. 3. 4. ut non minùs, qvàm illi αὐτόπται esse potuerit μάρτυρ ἀναστάσεως Act. 1, 21. 1 Cor. 15, 15.

4. Ut Epistolam redderet ἀξιόπιστον, & §. 1.
εὐπαράδεκτον, & modis omnibus apud arrogantem & undiqvaqve fastu turgidam civitatem ostenderet, decretum Dei circa Apostolatum, qvædam ἴδια τῆς ἐπιγραφῆς, qvædam παρενθετικὰ, qvædam ἐπεμβολικὰ hîc Paulum adhibuisse, notavit Chrysostomus. Et sanè talis est magnificentiæ hæc ἐπιγραφὴ, qvalis non apparet in aliis Epistolarum inscriptionibus,

bus, unde est, qvod *officialem excellentiam* exprimat 3. per *singularem* ἀφορισμὸν, dum se vocat ἀφωρισμένον εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ i. *singulariter per Spiritum S. ex grege reliqvorum ad Evangelium*, (inter gentes prædicandum, & Filium Dei in mundo revelandum, conf. Gal. 1, 15. Rom. 15, 20.)

§. 2. *delectum.* Sanè Actor 13, 2. jubet Spiritus S. ἀφορίσατε δή μοι τὸν Σαῦλον *segregate mihi Saulum*: Sed ille ἀφορισμὸς *Barnabæ & Paulo* communis, mediatus, particularis & *in tempore*: hic, uti rectè notavit Hieron. ep. 15. ad Marcellam, *in æternitate*: unde Ambrosius *l. de Incarn. Dom. Sacram. c. 6.* non segregatum: sed *prædestinatum* legit. Plenus hujus ἀφορισμοῦ commentarius est *Galat. 1, 15. 16.* Exemplum autem

§. 3. parallelum Jerem. 1. v. 5. & 6. in illo בטרם חצא מרחם הקדשתיך. Atqve uti illius הקדשתיך finis ibi statim additur: *Prophetam gentium constitui te*: ita hujus ἀφορισμοῦ finis statim subjicitur v. 3. διακονὴ πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, & ipse Paulus *Doctor gentium*, vel

§. 4. ἀπόστολος ἐθνῶν Rom. 11, 13. dicitur. Pulchrè Syrus per vocem ראתפרש expressit, qvæ ad *segregationem oblationum à frugibus communibus*, qvæ post ἀφορισμὸν sacrificialem, חורי dicebantur, passim applicatur: qvin exinde est, qvod Tzumah *magna pentecostalis* de *frumento vannato*,

vannato, misto & oleo, Chaldæis פרשנותא Græcis ἀφορισμὸς μέγας dicatur: vid. Tz. de prim. & decim. Ita finis ἀφορισμῦ Pauli fuit sacrificialis, tàm *passivè*, τοῦ τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, *tùm activè* ut faceret τὴν προσφορὰν τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτον Rom. 15, 16. Rectè etiam Lutherus: Außgesondert zu predigen das Evangelium GOttes.

5. Terminus ad qvem illius ἀφορισμῦ po- §. 1.
nitur, *Evangelium:* qvod commendatur 1. ab *Autore* s. *divinâ autoritate*, qvia est *Evangelium Dei* (conf. 1. Thess. 2, 13.) 2. Ab *antiqvitate & prophetica identitate:* qvia sc. *est idem illud, qvod ante promiserat Deus per Prophetas suos in Scripturis Sanctis* c. 1, 2. Ita & *Paulus Evangelista*, & omnes *Prophetæ Evangelistæ*, & *Evangelium Pauli* jam inde ab *Evangelio Paradisi* Genes. 3, 15. robur habet. Insignis iterum excellentia Apostoli, ἀφωρι- §. 2.
σμένου esse, ad illud Evangelium, qvod omnem transcendit naturam, qvod divinum, arcanum, per Prophetas θεοπνεύστως (notetur Articulus & Pronom. in τοῖς προφήταις αὐτοῦ cujus usus *oppositivus* patebit ex Jer. c. 23. à v. 9. ad f. Eph. 3. 4. 5. *Specificativus* autem ex 2. Petr. 1, 19. 20.) in Scripturis (non Philosophorum Gentilium: sed) Sanctis fuit revelandum, & noviſſimè, & pleniſſimè fuit revelatum per τὴν μονογενῆ

illum,

illum, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ἐξηγήσατο

§. 3. Joh. 1, 18. Notetur 1. *Et nomen Evangelij, & Exercitus Evangelistarum, & mysteria Evangelica prædicta sunt à Prophetis.* Evangelium adeò Pauli *uti antiquissimum:* ita *verissimum* conf. qvà 1 & 2. Es. 52, 7. Nachum 2, 1. Rom. 10, 15. Psal. 68, 12. qvà 2. Gen. 3, 15. c. 15, 6. c. 22, 16. 17. 18. adusqve Prophetarum ultimum, qvi & communi nomine מלאכי & argumento copulatur cum JOHANNE Baptista, Eliâ Novi Testamenti conf. Mal. 1, 1. c. 3, 1. c. 4. v. ult. Notetur 2. Evangelium ut *Sapientia Dei* 1. Cor. 1, 24. non saltem est à DEO sub notione *principij*, per modum ἀποκαλύψεως, Matth. 16, 17. sed etiam in DEO sub notione *attributi*, πηγαίως, & ἀρχετύπως, & sic qvoqve in Jesu Christo σωματικῶς Coloss. 2, 5. 9.

§. 4. Potuit ad id respicere Origenes ponens *Apostolum hic distingvere inter Evangelium Prophetarũ, & Evangelium qvod æternum vocatur in Apocalypsi: cum qvo apparuerit Christus ordini Evangelico.* Sententiam Origenis planè impiam dicit Beza. Rectè illud, si statuat ἐπερον εὐαγγέλιον in *Dei mente*, qvàm in *Scripturarum revelatione*, qvalis Evangelii scrutinium, cadit in duplicatum anathema Apostoli conf. Gal. 1, 8. 9. Rom. 10, 6 uti contra sensus Evangelii scripti, ut est in *significatione literæ*, & ut est in *veri Interpretis mente*, s. sensus tàm *literalis*, qvàm *mentalis*, (qvi ratione

formæ

formæ non differunt) adæqvatus est illi sensui, qvi est in Spiritus S. revelantis intentione conf. 1. Cor. 2, 16. unde ipsi λόγῳ ἐμφύτῳ tribuitur eadem δύναμις & σῶσαι Jacob. 1, 21. sed id qvod in Origene damnat Bexa, incurrit *Calvinismo*. Sane aliud est Evangelium, qvod juxta illos revelatur in (arcano Dei) *beneplacito*: aliud qvod in (scripturarum) *signo*. Imò voluntas beneplaciti, *propria*: Signi, *impropria* Dei voluntas illis dicitur conf. Synod. Dordr. in Jud. prov. pag. 340. & 341. Agnoscunt ergò *aliud Evangelium, qvàm hoc ipsum, cujus minister fuit Paulus.* Sic Evangelium Christi ἐν γραφαῖς ἅγιος est: *Qvoties volui aggregare liberos tuos, ut Gallina pullos, & noluistis.* Matth 23, 37. 38. Synodus Dordracena hîc distingvit inter *voluntatem* CHRISTI *ut Dei*, & *ut Hominis*, ac *Ministrî circumcisionis*, & *resp. Prophetici muneris*, atqve adeò duplicitèr exponit: Semel ita: *Qvoties volui* (voluntate Deitatis per Prophetas explicitâ, qvæ fuit *voluntas signi*: non item *beneplaciti*, qvâ dicit Deus: NOLUI) *te congregare*: Altero modo ita: *Qvoties volui*, (ut homo, ut Evangelii Minister, etsi *nolui*, ut *Deus*, arcanâ & immutabili voluntate) *te congregare* &c. Conf. Syn Dordr. in judic. Emdanorum p. 738. Tale sanè qvintum & *arcanum Evangelium chartis committere non modò periculosum est: sed etiam planè im-* §. 5. §. 6.

§.7. *nè impium.* Notetur 3. *Identitas Evangelij Apostolici & Prophetici* contra Pontificios pro imperfectione Verbi scripti in T.V. argumentantes ex accessione librorum N.T. Notetur 4. Evangelium Pauli mensuratur ad γραφὰς ἁγίας Prophetarum, & ante Apostolos non fuit traditum: sed revera scriptum. Neqve ergò fides ullum agnoscit dogma, qvod non sit ἐν γραφαῖς ἁγίαις: neqve his vel à *latere* addenda, vel in ordine κατ' ἡμᾶς ulla regula *anteponenda*

§.8. conf. 2. Tim. 3, 16. Joh. 5, 39. Notetur 5. Τέλος Legis & Prophetarum est CHRISTUS Rom. 10, 3. Act. 10, 43. Johan. 1, 45. Luc. 24, 44. 1. Petr. 1, 10. 11. Notetur 6. *Qvod Evangelium prædixêre Prophetæ, iidem qvoqve & alij Sancti credidêre.* Fides JESU CHRISTI Mediatoris θεανθρώπου æqvè necessaria fuit sub V. ac N. T. tùm necessitate *præcepti*, tùm *medij*, tùm *nexus dogmatici*, & uti qvi *negat* Filium, *negat* Patrem: 1. Joh. 3, 23. Ita qvi *ignorat* Dei Filium, *ignorat* Patrem. Absit talem Atheismum tribuere Abrahamo *qvi vidit diem Christi* καὶ ἠγαλλιάσατο Joh. 8, 56.

§.1. 6. Commendatur Evangelium 3. ab Objecti Majestate, qvod est ipse Dei Filius. Est enim Εὐαγγέλιον Θεοῦ v. 1. περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ JESU CHRISTO v. 3. 4. (versus 2. est parentheticus) qvâ occasione *Mysterium Theologiæ* (ita *Trinitatem in Unitate* veteres) copulat cum *Mysterio Oeconomiæ*

*Oeconomiæ* (Incarnationis) cujus respectu tria prædicantur de Objecto Evangelii s. Filio Dei s. CHRISTO. *1. Filius Dei natus est ex semine Davidis secundùm carnem. 2. CHRISTUS natus ex semine Davidis secundùm carnem potentèr declaratus est Filius Dei, secundùm Spiritum Sanctitatis per resurrectionem ex mortuis. 3. JESUS CHRISTUS est is per qvem ut ἀμέσως vocantem Apostoli habent gratiam & Apostolatum ad obedientiam fidei pro ipsius nomine.* v. 3. 4. 5. 6.

7. Propositio Apostolica prima, qvæ formalitèr Incarnationis mysterium exprimit tota pertinet ad 1. genus communicationis Idiomatum, qvod est naturæ ad personam & vocatur ἰδιοποίησις, s. *appropriatio realissima eorum, qvæ sunt humanæ naturæ ad divinam, & naturæ divinæ ad humanam, ita tamen ut fiat prædicatio in Concreto:* cumq; in his propositionibus *materialitèr*, subjectum sit totus Θεάνθρωπος, neqve tamen eadem *formalis ratio attributionis* prædicati ad totum Θεανθρώπου, proinde in qvibusdam propositionibus hujus generis, addi solent *particulæ* (uti h l. κατὰ σάρκα) qvæ non sunt χωριστικὰι s. alterius naturæ à reali communicatione attributi de totâ personâ enunciati *separativæ*, vel *exclusivæ:* sed 1. διακρι- §. 1.

ὑποκ. s. subjecti qvo e. c. naturæ humanæ in respectu passionis, *distinctiva*. 2. Naturalium Idiomatum ὁριστικὴ s. *definitiva*. 3. Αἰτιολογικὴ prædicationis sc. personalis: fundamentum est *identitas personæ*. 4. Κοινωνίας ἀποδεικτικὴ, oppositæ Theopaschitarum errori, Nestorianismo, Eutychi-

§. 2. anismo. Atqve uti prædicationes *tertij generis*, qvod est ἐνεργειῶν officialium κοινωνίας, competunt Christo κατ' ἀμφότερα, s. *secundum utramqve naturam*: ita hæ κατ' ἄλλο: unde & ἀντίδοσις ac ἀλλοίωσις Cyrillo hoc 1. genus dicitur, alloeosis inqvam *prædicati*: non *subjecti*, qvalis est Nestorio-Calviniana. Videatur Form. Concord. p. 770. ubi hæc propositio exemplum ponitur

§. 3. 1. generis. Digna autem laus est Christiano loqvi cum Scripturis. Hæc propositio: *sola caro est humiliata & crucifixa*: apertè est Nestoriana, personæ exclusiva: neqve hæc: *Divina natura est exinanita, passa* convenit τοῖς ὑγιαίνουσι λόγοις: at hæ sunt orthodoxæ: *Totus Christus, & ipse DEUS mortuus est: totus* Θεάνθρωπος *sese humiliavit, Deus sese exinanivit: Totus Christus est exinanitus: sed secundum solam carnem.* Qvi naturas ἀδιαιρέτως & arctissimè unitas non separat,

nec

nec realissimam passionis prædicationem Deo denegat, modò fiat in concreto, culpandus non est. Sufficit ad *ἰδιωμάτων prædicatio realis exinanitionis &c. de λόγῳ in concreto:* neqve opus est, ut contra Scripturam statuamus, qvod *Christus secundum divinam naturam passus sit.* CHRISTUM *qvoad* §. 4. utramqve naturam passum esse: sed non *secundum* utramqve naturam, thesis est Tübingensium, ita ut *qvoad* in 1. genere comm. Idiom. notet actum personalem: *secundum*, naturalem: vel, ut *qvoad* notet veritatem actus: *secundùm*, autem, modificationem actus formalem. Scilicet, cum in *tertio* tantùm, non prioribus *duobus generibus* locum habeat *simplex reduplicatio*, qvippe in qvibus, si ordinem *ἀναδόσεως* respicias, idioma formaliter est tantùm *unius* naturæ, hypostaticè autem *utriusqve ἐν τῷ σώματι φοτίῳ*: inde fieri putant, ut rectè qvidem dicatur: *CHRISTUM passum esse qvoad utramqve naturam:* sed non rectè *secundùm utramqve naturam.* Sanè, uti Patres hanc abstractivam, etsi non in abstracto locutionem: *Deitas est passa:* ex textu Deut. 28. v. 66 *de VITA suspensa è regione*, malè explicato, in sensu Orthodoxo usurparunt: ita dubium nullum, qvin orthodoxè sense-

rint Tübingenſes uſi tùm illâ, tùm hâc propoſitione: CHRISTUS (diſtinxerunt enim propoſitiones, in qvibus ſubjectum eſt *Chriſtus*, ab illis, in qvibus dicitur: *Filius Dei eſt paſſus*) qvoad *utramqve naturam eſt paſſus*: vel, uti habet exegeſis illorum: *CHRISTUS eſt paſſus in Deitate, ita tamen, ut paſſio non redundaverit in Deitatem: ſed*
§. 5. *humanitatem*. Occaſio Tübingenſibus fuit *allocoſis* Zwinglii, eademq; *ſubjecti*, in lucem protrahenda. Diſtingvunt illi inter τὸ πάσχειν & πάθημα primum expreſſivum eſſe dicunt actus: ſecundum modi: illud, non hoc tribuunt Chriſto ſecundum utramqve naturam: diſtingvunt inter propoſitionem abſtractivam, & propoſitionem in
§. 6. abſtracto. Hæc propoſitio: *Caro Chriſti eſt vivifica* (eadem ratio aliarum, in qvibus loco ſubjecti habetur vocabulum naturæ abſtractivum) eſt illis *abſtractiva*: ſed non *in abſtracto*, qvæ illis eſt, *cum proprietates naturales ex ipsâ ſubjecti naturâ promanantes eſſentialitèr de illo prædicantur*: qvo modo *Caro Chriſti non eſt vivifica*: nec ullo modo: *Deitas eſt paſſa*: qvæ poſterior phraſis, etſi in ſenſu priori, & non in abſtracto accepta, durior eſt, probata tamen Tubingenſibus, qvi *in 1. genere communic. Idiomatum*, ſubjectum

οἰκεῖον, *proprium & primarium* statuunt esse *personam*: ἀλλότριον verò sive secundarium *naturam alterutram*: uti contra in secundo (μεταδόσεως ſ. ὑποστάσεως) subjectum οἰκεῖον, *primarium & proprium* illis est *humana natura*: ἀλλότριον verò *persona*. Sanè *Deus & Deitas* non differunt *realitèr*: sed tantùm *differentiâ rationis*, seu *respectu nostri concipiendi modi*. In propositionibus personalibus nobis qvandoqve utendum *differentiis rationis*, easdemq; cum *realibus* conferendas rectè notatum à Schegkio. Sed & hic aliter se habet hæc prædicatio: *Divinitas* (τὸ λόγος) *est incarnata*: alitèr hæc: *Divinitas* (τὸ λόγος) *est passa*: illa supponit *personam simplicem & incarnandam*: hæc, *compositam & incarnatam*. Sic rejiculæ, & vel ambiguæ, vel falsæ evidenter sunt hæ propositiones: *Homo Christus est* ἡμφιεσμένον *corpus, Caro assumit* τὸν λόγον, ſ. *Filium Dei*: *Christus est incarnatus*: *Christus Deus semen Abrahæ assumsit, Christus particeps factus est Carnis ac Sanguinis*: *Homo Christus in unitatem Personæ est assumtus*: hæc autem est Catholica & Apostolica: *Filius Dei* (jam ante incarnationem existens) *est factus* (Valla & Erasmus: genitus, qvod aliàs est vel γεγεννημένον

§. 7.

§. 8.

νος vel ὁ γεννηθεὶς 1. Joh. 5, 18. vel ὁ γενώμενος Luc. 1, 35. à γενάω, cum h. l. sit γενόμενος à γίνομαι in sensu non existentiæ: sed generationis seu factura in tempore, ita ut existentia τῆς Θεᾶς supponatur jam ante hanc facturam: conf. Joh. 1, 14. Planè sicut Gal. 4, 4. *Filius Dei* bis dicitur γενόμενος, sc. 1. ἐκ γυναικὸς. 2. ὑπὸ νόμον: res tamen eadem hoc loco: sc. *Filius Dei genitus ex semine Davidis, secundùm carnem.* Sensus est: *qui ab æterno est Dei filius, in tempore, secundùm naturam humanam genitus est ex semine & posteritate David.* Vulgatus addit pronomen EI ac si esset τῷ γενομένῳ αὐτῷ (Deo Patri sc.) unde de utraqve tùm æternâ ex substantiâ Patris: tùm temporali ex substantiâ matris nativitate hîc agi, sententia fuit qvorundam Patrum: sed nec *Græcus*, nec *Syrus* habet: *EI:* nec ita legerunt ex Patribus *Tert. Ambros.* &c. Neqve tamen valet ratio Estii: *Christus secundùm naturam humanam non est Filius Dei: sed Filius hominis.* E. *secundùm illam non est genitus Deo Patri: sed Homini Matri.* Omninò enim Christus secundùm naturam humanam *est Filius Dei & qvidem naturalis:* Notat idem: *Synecdochicè per carnem humanam naturam significari ideò, qvod non anima: sed sola caro sit ex tradu-*

§. 9.

*traduce* qvæ sine dubio contradictoria sunt. Scilicet: *Id notatur per Carnem, secundùm qvod Christus factus est ex semine Davidis* (qvia sola caro est ex traduce) E. *non anima: sed sola caro vel corpus notatur per σάρκα*: qvomodo ergò significatur tota *natura humana?* Et ita facilis gradus ad Apollinarismum, cujus hæc est illatio: *Filius Dei factus est ex semine Davidis secundùm carnem. E. non secundùm animam*, & proinde λόγον *animam non assumit.* Contra: Vox carnis abstractiva, §. 10. & *abstractivè* Christo tribuitur (qvod tamen nunqvam fit *in casu Nominativo:* sed solùm *in Genitivo*) Joh 6, 51. 52. 53. & τῷ λόγῳ *concretivè* Joh. 1, 14 qvomodo etiam Ps. 56, 5. Es. 40, 5. sumitur: ubi sub titulo *carnis* totus homo i. *natura humana individua* intelligitur: qvomodo Christus & Homo, Rom. 5, 15. 1. Cor. 15, 21. 1. Tim. 2, 5 & Filius hominis Matt. 8. 20. Marc. 2, 10. Luc. 5, 24. dicitur, & ab ipso Christo anima expressè nominatur, tùm sensitiva Matth. 20, 28. tùm rationalis Matt. 26, 38. cumq; hypothesis *de immediatâ animarum creatione*, nec *Scripturæ*, nec *analogiæ fidei* conveniat, nec peculiare Christi privilegium, qvà *immediatam animæ productionem*, demonstrare é Scripturis liceat: qvin, filiatio ex Mariâ Virgine per &

propter qvam velut γενεαλογημένην ex stirpe David, Messias ἀμέσως dicitur, *factus ex semine David, & Filius Virginis Mariæ*, Es. 7, 14. Marc. 6, 3. non absolvatur *solius corporis* origine: concludimus: *Animam Christi ab animâ Mariæ traductam esse*: ipsamq; particulam ἐκ non saltem notare τὸ ὄθεν τῆς ὕλης: sed etiam τῆς ψυχῆς: utriusqve scilicet respectu: *Filius Dei, factus est, qvod ad carnem attinet, ex Davidis semine*.

§. 1. 8. Fuit propositio 1. de incarnando: sequitur 2. de Filio Dei incarnato vid. sup. §. 6. Verba habent: τῷ ὁρισθέντι υἱῷ θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν. Ubi qvot verba, tot pondera, & Interpretum certamina, qvorum λαβὰς Chrysost. ponit τὸ ἀσαφὲς τῶν ῥημάτων καὶ τὸν πολυτελῆ τῆς λέξεως. Primò illud τὸ ὁρισθέντι υἱῷ θεοῦ controversum. Vulgatus expressit: *qui prædestinatus est Filius Dei*, qvod, ut optumè redditum, contra Calvinum defendit Bellarm. L. 2. de Verbo Dei c. 14. qvi ibidem magno numero allegat
§. 2. Patrum autoritates. Disputatum inde apud Patres & Scholasticos, qvomodo *Christus, qvi ab æterno fuit, prædestinatus Dei Filius dici possit*, cum prædestinatio non sit *æternorum*: sed

sed *futurorum*. Respondetur autem communiter, *prædestinationem hic attribui personæ Christi, prout illa subsistit in humanâ naturâ*, ut ita hujus divinæ prædestinationis effectus sit incarnatio, seu *Unio Verbi cum carne, facta in tempore*. Ita post longam sensus Paulini disquisitionem Thomas, 3. part. S. Theol. qvæst. 24. art. 1. z. 3. ita alii in 3. sent. dist. 7. conf. etiam August. l. de prædest. c. 15. & in Joh tract. 105. neqve aliter Bellarminus, qvi ad argumentum Calvini: *Qui semper fuit Filius Dei, non prædestinatur Filius Dei. Christus semper fuit.* E. respondet: *Non ita prædestinatum esse dicimus, ut verbum Dei sempiternum Filius Dei esse inciperet: sed ut verbum Dei fieret homo, & proinde qui factus est Deo ex semine David sit Filius Dei.* Notat idem Bellarminus: *Vocabulum* §. 3. *ὁρίζειν esse verbum proprium Theologiæ, i. e. habere in Scripturâ peculiarem significationem:* Scilicet, cum apud *profanos autores* accipiatur sæpè pro *declarare*, in Scripturâ nunqvam ita sumi: sed semper idem esse, qvod *statuere, decernere, definire:* urget Act. 2, 23. c. 10, 42, c. 17, 26. 31. Hebr. 4, 7. cum verò *ordinatio & definitio Dei, non possit esse temporalis, sed æterna*, proinde Apostolum loqventem *de æternâ destinatione*, rectiùs exprimi per *prædestinatum*, qvam *destinatum*, qvod posterius ex ratione superiori, qvod sc. *prædestinatio sit nondum entis* magis arrisit Origeni; uti prius

Augustino, explicanti hunc ὁρισμὸν *de prædestinatione humanitatis ex gratia unionis assumendæ in immensam hypostasin Filij Dei*, qvippe qvæ *humanitas* anteqvam facta est ex semine Davidis, *non fuit*, & adeò *prædestinari* potuit: sicut enim *propter unitatem personæ certissimâ fide tenendum, hunc hominem semper & ab æterno fuisse Dei Filium: ita ab æterno non verum fuit dicere: Hic homo est Filius*
§.4 *Dei.* Licet autem plausibilis sit illa Bellarmini ratio, qvæ ex *Usu Biblico* petitur, nobis tamen illa filii Dei *prædestinati* interpretatio minimè probatur, qvia 1. obstat vocabulorum ὁρίζειν & προορίζειν discretio: neqve dicitur in textu προορισθεὶς: sed ὁρισθεὶς. At hoc nunqvam in totis Scripturis notat formaliter *prædestinationem*: sed illud est significatum προορίζειν confer Act 4.28. Rom 8,29,30. 1. Cor. 2,7. Eph c.1.5,11. nec ipse Bellarminus *prædestinatum* probare potuit virtute *formæ* (seu ipsius vocis) sed saltem *materiæ*, & *consequentiæ*: ut Bellarmino objicient: vocem illam nullibi in Scripturis notare *declarationem*, retorqvere liceat: vocem illam in Scripturis nunqvam notare *prædestinationem* & adeò si erravit ex illâ hypothesi Lutherus, reddens: Vnd kräfftiglich erwiesen ein Sohn GOttes/ erravit Vulgatus reddens: *Qvi prædestinatus est Filius Dei*: cæterum non illum: sed hunc erravisse (nisi forsitan vocem *prædestinandi* sumsit in

sensu

sensu *prædemonstrandi*, ita ut præ omnibus aliis Filiis qvippe adoptivis, Christus *demonstratus* dicatur *Filius Dei naturalis)* probatur 2. qvia sic A- §. 5. postolus ab *incarnato* ad *incarnandum*, s. *incarnari prædestinatum* ascenderet & à λόγῳ ἐνσάρκῳ ad ἄσαρκον. 3. Christum esse Filium Dei prædestinatum, nullibi in Scripturis legitur: neqve Orthodoxa satis apparet hæc propositio: *Is qvi natus est ex semine Davidis secundùm carnem est Filius Dei prædestinatus.* 4. Ex hypothesi prædestinationis incarnandi inexplicabilia sunt illa qvæ sequuntur ἐν δυνάμει κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν. 5. Interpres Vulgatus nullibi præter hunc textũ, verbum ὁρίζειν: sed verbum προορίζειν reddidit in sensu prædestinandi: Neqve saltem Origenes, vel ejus Interpres Ruffinus: sed & S. Hieron. comm. in c. 1. Ep. ad Eph. significatione distingvit hæc duo ὁρίζειν & προορίζειν. Ruffinus *destinatum:* Tertullianus *definitum* legit: ille qvoqve notavit, id qvod in Latinis legitur: *prædestinatus*, non esse de veritate interpretationis.

9. Opponimus Bellarmino Græcos & ex illis §. 1. Chrysostomum, qvi vocem ὁρισθέντος optumè expressit per δειχθέντος, ἀποφανθέντος, χριθέντος, ὁμολογηθέντος, ut ita Christus hîc dicatur Filius Dei *declaratus, ostensus, demonstratus, confessus:* qvi idem πόθεν ὁρισμὸς s. principium vel medium

medium demonstrationis, resp. illius conclusionis Apostolicæ: *IS qvi natus est ex semine Davidis secundùm carnem, est ipse Dei Filius*, ex textu qvintuplex eruit sc. 1. γραφὰς ἁγίας s. *Scripturas Propheticas* v. 2. 2. *Ipsum generationis ex semine Davidis modum.* v. 3. 3. Τῷ δυνάμει s. *potentiam miraculorum:* de qvâ Virtute vox δυνάμεως hic explicatur à Chrysostomo, non sine exemplis vid. Matth. 7, 22. c. 11, 20. 21. 23. Act. 2, 22. c. 3, 12. c. 4, 7. 33. c. 8, 13 c. 19, 11. 4. *Spiritum Sanctum* v. 4. sc. dare Spiritum S. per illum sanctos reddere, largiri dona stupenda & miraculosa qvalis erat ille *baptismus pentecostalis* ἐν πνεύματι ἁγίῳ Act. 1. & 2. solius Dei est, & adeò arguit *hunc natum ex semine Davidis, esse verum & proprium Dei Filium.* 5. ἀνάστασιν νεκρῶν s. *resurrectionem à mortuis*, qvia & primus & solus, virtute propriâ ad æternam, glorioſam & immortalem vitam resurrexit, & suâ morte tyrannidem mortis sustulit. Præivit jam ante Syrus: ראתרע

§. 2. כריה דאלהא i. e. *qvi agnitus*, (declaratus, creditus) *est Filius Dei*, der offentlich erkandt ist: qvomodo *Deus* dicitur נורע *in Ihudah*, i. e. illustribus ac luculentis testimoniis *manifestatus* & *publicè agnitus:* Ps. 76, 2. Sic Deus dicitur futurus נורע Ægyptiis Esaiæ 19, 21 Uti autem concludere exinde non licet, *Deum Israelis non fuisse ante illam manifestationem Sionis & Ægypti:* ita nec h. l.

seqvi-

sequitur *Christum factum ex semine Davidis, non fuisse ante illum* ὁρισμὸν ἐν δυνάμει &c. Aliud quippe est: ex Resurrectione demonstrari vel manifestari Dei Filium: aliud per illam fieri & in actu signato definiri. Objectioni Bellarmini, quod nullibi ὁρίζειν significet *declarare:* sed semper *definire*, respond. Gulielmus Estius: Ne hoc quidem in loco eam vocem aliter accipi à Græcis, nisi quod *definitionem* non referent ad rem: sed ad *ipsam hominum cognitionem:* ut is, *qui factus est homo* dicatur *definitus Filius Dei* per miracula, quia *definitè certo cognitus*, & qs. *certificatus* est esse *Dei Filius*, ἐν δυνάμει &c. Definitio ergò, vel ὁρισμὸς ille, est *declaratio*, quâ IS *qui factus est ex semine Davidis* (& adeò hoc ipso declaratus verus homo) declaratus publicè est *verus Dei Filius*, ut adeò hic ὁρισμὸς non sit προορισμὸς: sed objectum προορισμῷ illo modo qui exprimitur Act. 2, 23. 1. Pet. 1, 19.

10. Ὁρισμὸς ille factus esse dicitur ἐν δυνάμει. κ. κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης Lutherus utrumque complexus elegantèr reddidit: vnd kräfftiglich erwiesen ein Sohn GOttes/nach dem Geist der da heiliget. Qui prædestinationem tuentur in voce ὁρισθέν, ad ἀνάστασιν seu *ipsum actum formalem incarnationis* & τῷ δυνάμει & πνεῦμα ἁγιωσύνης referunt, consonantiâ satis plausibili,

cum

cum in ipsâ *incarnationis & conceptionis* I. Christi historiâ mentio fiat Spiritus S. *supervenientis*, &
§. 2. δυνάμεως ὑψίστου *inumbrantis* Luc. 1, 35. Ita ex Augustino, Haimo παρὰ φέρεσθαι: *Christus prædestinatus est Filius Dei in virtute & in potentia verbi, à quo assumtus est ipse homo in unitate personæ, secundum Spiritum S. qui formavit, vivificavit, & sanctificavit ipsum hominem in utero virginali ex semine Virginis, sine semine Viri, & ex resurrectione mortuorum.* Obstat illi 1. processus Apostolicus, qui est ab æterno Dei Filio incarnando, ad incarnatum & declaratum: non ad prædestinatum Dei Filium. 2. Quod hâc ratione δυνάμις illa, & πνεῦμα ἁγιωσύνης referenda essent ad præstinationis actum: non ad objectum: ipsaq; adeò prædestinatio facta diceretur ἐκ δυνάμεως καὶ πνεῦμα ἁγιωσύνης. Absurdum. 3. sequeretur prædestinatam esse Unionem personalem, ante illam ἐπέλευσιν πνεύματος ἁγίου, & ἐπισκιάσμὸν δυνάμεως ὑψίστου Luc. 1, 35. cum contra hæc sit causa illius: unde illud διὸ Angeli vid. 1 alleg. 4. Et quorsum illud ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν. Voces τοῦ Θεοῦ in v. 4. non habent rationem *subjecti:* sed *prædicati.* Propositio sc. est: *Natus ex semine Davidis secundùm carnem est ὁρισθεὶς Filius Dei* &c.
5. In conceptu æternitatis fuisset caro Messiæ facta ex semine Davidis, ante conceptum subsi-

stentiæ

stentiæ in persona Dei filii. Alii igitur δυνάμιν & πνεῦμα opponunt τῇ σαρκὶ, ut, sicut in carne complexus est *substantiæ, humanitatis & infirmitatis*, ita illi opponatur *substantia divinitatis*, & *connotatio majestatis*. Favere videtur positus oppositus κατὰ σάρκα & κατὰ πνεῦμα, qvomodo per *Spiritum* Augustinus ipsum intellexit *Filium in substantiâ divinitatis*: unde parallelismus hîc vulgò statuitur cum textibus 2. Cor. 13, 4. 1. Pet. 3, 18. Sed obstat 1. κένωσις non est ante ἕνωσιν: sed hæc ante illam. 2 Id hîc notatur per σάρκα secundùm qvod Christus factus est ex semine Davidis, & etiam nunc est ex semine Davidis. 3. Βασιλογία est: dicere: *Filius Dei natus ex semine David est potenter declaratus Filius Dei secundùm divinitatem*: qvis dubitat *Filium hominis* esse talem *secundùm humanitatem*? 4. Christus secundùm illam naturam, juxta qvam est *factus ex semine David* declarandus erat Filius Dei, idq; non tantùm *specificativè*: sed etiam *reduplicativè*, etsi non per conceptum *in abstracto*. §. 3.

II. Δύναμις Θεοῦ, item ὑψίστου titulus passim est ipsius Dei filii, qvi & in Chaldæorum Scholâ nomen habet גְּבוּרְתָּא דֵּי conf. Luc. 1, 35. 1. Cor. 1, 24. & passim in Targumim. Hoc loco autem ἐν δυνάμει contradistingvitur τῷ Θεοῦ. Alio sensu δύναμις Θεοῦ, item ἐνέργεια τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ *exserta* & *declarata* dicitur in Christo *resuscitato* §. 1.

*mto & exaltato* Eph. 1, 20. 21. qvod magis convenit, propter seqvelam: ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν; cœterum illud ἐν δυνάμει ad vocem ὁρισθέντος formaliter pertinet: illa autem δύναμις vel majestas divina, qvam *in Christo resuscitato* exsertam dicit Apostolus ad Ephesios, includitur in voci-
§. 2. bus: ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν. Rectè ergò noster Lutherus: Er ist kräfftiglich erwiesen ein Sohn GOttes. Porrò: illud κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης valet de Spiritu S. (non de divinâ naturâ Christi) estq; idem, qvod: per Spiritum Sanctum, qvomodo κατὰ πνεῦμα θεοῦ ἁγίου & κατὰ πνεῦμα ἅγιον æqvipollent videre 1. Cor. 12, 8. idemq; rectè agnitum à magno nostro Luthero in glossâ: **Der Geist GOttes ist gegeben nach Christus Auffart/ von da an heiliget er die Christen / und verkläret Christum in aller Welt/daß er GOttes Sohn sey/ mit aller Macht/in Wundern/Worten/und Zeichen.** Explicatio Græcorum qvæ optima videtur, conf. supra §. 9. & videantur loca, qvà complexum τῆς δυνάμεως & πνεύματος θεοῦ parallela 1. Cor. 2, 4. Gal. 3, 5. 1. Thess. 1, 5. Heb. 2, 4.

POS. 12.

PAtebit ille ὁρισμὸς magis, ubi constabit de vocibus ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν. Sed §. 1.
hîc iterum διεσῶσαι γνώμαν. De termino à qvo illius ὁρισμῷ ἐν δυνάμει explicat Lutherus reddens: Sint der Zeit er auffersanden ist von den Todten vid. thes. 11. qvo nomine jam ante 133. annos, Lutherum primam editionem Germanicam N. T. edentem exagitavit Emserus, urgens reddendum: Auß dem daß er so gewaltiglich und eigenmächtiglich vom Todt auffersanden ist / ut ita resurrectio Dominica, statuatur principium seu medium illius ὁρισμῷ ἐν δυνάμει. Sed profectò Emserus §. 2.
non satisfecit. Objecit ille Luthero: ὁρισμὸς *Christi, ut Dei Filij, fuit ante resurrectionem, ubi illum talem agnovêre Nathanel, Sacharias, Simon Petrus, ipsi Diaboli. E. non demum cœpit à tempore resurrectionis:* sed commisit Emserus *Fallaciam compositionis & divisionis.* Concedit Lutherus fuisse ὁρισμὸν illum etiam ante resurrectionem: negat fuisse ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, seu in *illa potentium miraculorum, & effusi S. Spiritus signorum, evidentiâ catholicâ:* licet ergò jam antea *agnitus fuerit Dei Filius*, tamen non *tàm potenter*, uti post

*resurrectionem & Spiritus Sancti effusionem*, ubi jam in toto orbe *declaratus est Jesus Nazarenus, Dei filius.* Notamus obiter qva lectionem: 1. Syrus & Chrysost. pro κ᾽ πνεῦμα ἁγ. legunt: καὶ πνεύματι ἁγιωσύνης. 2. Syrus præpositionem ἐξ transiliit, simpliciter interpretatus: אתידע ברירה דאלהא בחיל וברוח קדיש דקם מן בירת מיתיא id est: *Notificatus est Filius Dei in virtute & Spiritu S. qvi resurrexit ex domo mortuorum.*

13. Illustris planè est propositio illa; *Natus ex semine Davidis secundùm carnem, est potenter per Spiritum Sanctum declaratus Filius Dei* ἐξ §. 1. ἀναστάσεως νεκρῶν. Qvæstio circa posteriora vocabula occurrit gemina: 1. An *resurrectio illa, respectu potentioris demonstrationis, habeat rationem termini, an argumenti?* resolvitur illa in particulam ἐξ, de qvâ qværitur: an inserviat *significando tempori*, an *argumento?* 2. Qvæ hîc intelligatur *resurrectio*, an *mortui unius*, JESU CHRISTI? an *aliorum mortuorum?* an & *CHRISTI & mortuorum?* Videamus de priori. Ἀνάστασιν νεκρῶν terminum à qvo *declarati Dei filij* ponit Lutherus, juxta qvam proinde hîc notaretur *resurrectio unius hominis Jesu Christi.* Ita & alii: nec satisfecit Emse- §. 2. rus opponens hîc Luthero. Obstare tamen illi

illi videtur discretio per particulam ἐξ & ἀπὸ, ex qvibus non illa, sed hæc *significando tempori* inservire solet Matth. 9, 22. c. 11, 12. c. 13, 35. c. 16, 21. c. 19, 4. Marc. 13, 19. Luc. 1. 2. 48. 70. c. 2, 36. c. 5, 10. Fatemur freqventiorem in hoc usu esse particulam ἀπὸ: neqve tamen, uti Gulielmus Estius opinatur, nullibi in tali usu occurrit præpositio ἐξ vel ἐκ: reperitur enim Luc. 8, 27. c. 18, 21. Johan. 9, 1. c. 16, 4. Act. 9, 33. c. 24, 10. Sic qvod passim reperitur ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν, Marc. 6, 16. c. 9, 9. 10. Luc. 9, 7. alibi est ἀπὸ τ νεκρῶν Matt. 14, 2. c. 27, 64. c. 28, 7. Græco ergò textui satis respondet interpretatio Lutheri: neqve peregrina est: sed satis commoda. Qvi enim dicit: *Natum ex semine Davidis declaratum esse* (potenter κ πνεῦμα ἁγιωσύνης) *ipsum Dei filium, jam inde à resurrectione*, non negat, qvam rem ipsam, illum *declaratum esse talem*. Ex ipsâ resurrectione, ut principio illius potentis ὁρισμῷ: sed utrumqve dicit sc. & *ex ipsâ resurrectione declaratum*, conf. Joh 2, 19. c. 20, 28. Ephes. 1, 19. Coloss. 1, 18. Apocal. 1, 5. & post illam luculentissimè *demonstratum esse Dei filium*, ἐν δυνάμ κ πνεῦμα ἁγιωσύνης: conf. Act. 2, 22. 36. c. 10, 42. 43. c. 26, 23. qvin juxta Lutherum omnia pulcherrimè fluunt, cum juxta alteram sententiam, qvæ & illud: §. 3.

ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν ponit, ut argumentum ὁρισμῷ sequeretur 1. textum habere mera ἀσυνδέτα, non copulata *in virtute, secundùm Spiritum, ex resurrectione*, unde & Chrysost. & Syrus hìc immutarunt particulas. 2. Poneretur Virtus miraculorum post *resurrectionem*, & *effusi* in pentecostali solemnitatem *S. Spiritus*, ante ὁρισμὸν *resurrectionis*: & sic esset hysteron proteron: quod si autem illa δυνάμις & πνεῦμα ἁγιωσυνης pertinerent ad illud: ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν. jam nec ipsa *resurrectio cum suis circumstantiis* potens satis argumentum esset illius ὁρισμῷ, nec nisi unum, πίστει ὁρισμῷ esset in textu, cum tamen accuratè distinguunt Græci, argumenta quibus Paulus declaratum esse dicat Dei filium. Por-

§. 4. rò quod posterius attinet ἀνάστασιν νεκρῶν hìc non est formaliter *resurrectio mortuorum* uti aliàs Act. 17, 32. c. 23, 6. Act. 24, 21. 1 Cor. 15, 12. 13. 21. 42. Hebr. 6. 2. sed idem quod ἀνάστασις ἐκ τῶν νεκρῶν uti Act. 4, 2. s. *resurrectio Christi ex mortuis* conf. Luc. 20, 35. & Matth. 22, 31. & notetur Actor. 26, 23. & patebit positum hunc aliqvando esse parallelum: ne bis concurreret particula eadem, sc. ἐξ ἀναστάσεως ἐκ νεκρῶν, semel omitti, non improbabile.

14. Inclu-

14. Includunt sanè patres illud miracu- §. 1.
lum *apertorum monumentorum, & resurrectionis multorum Sanctorum, qui egressi à monumentis in urbem sanctam introierunt, & multis apparuerunt* Matth. 27, 53. in hoc ὁρισθέντος ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν: idq; juxta Lutheri interpretationem satis accuratè. Dicuntur enim egressi è monumentis nonnisi μετὰ τὴν ἔγερσιν Χριστοῦ vid. l. alleg. At juxta alteram interpretationem vel alterutra esset eligenda (sc. *declaratum esse Dei filium*, vel *ex resurrectione propriâ à mortuis*, vel ex ipsâ *resurrectione corporum illorum mortuorum*, atqve sic positus faceret posteriori, cum non facilè detur ἀνάστασις νεκρῶν pro *resurrectione ex mortuis*: sed pro *resurrectione mortuorum* s. *illorum qui mortui erant)* vel utraqve copulanda, ut sit sensus: *Natum ex semine Davidis declaratum esse Dei filium, tùm quod ipse primus ad vitam gloriosam virtute divinâ propriâ resurrexerit, tùm quod multa Sanctorum corpora, eadem virtute resuscitaverit, & hoc ipso futuram ἀνάστασιν νεκρῶν obsignaverit*, conf. Joh. 6, 25. 27. Non notari §. 2.
illam resurrectionem *Electorum Sanctorum* formaliter in vocibus: ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν statuimus: qvatenus autem ἀνάστασις ἐκ νεκρῶν JESU CHRISTI, hîc non abstractè: sed concretè, cum *miraculis* concomitantibus

*mortem & resurrectionem* JESU CHRISTI intelligitur: omninò materialitèr insigne illud *miraculum mortis & resurrectionis* Christi, seu τὴν ἀνάστασιν νεκρῶν qvam Matthæus memorat c. 27, 53. simul includimus. Qvomodo Haimo ex *terræ motu, scisso velo, fissis petris*, aliisq; miraculis mortis *declaratum esse Dei filium*, rectè notavit, allegans testimonium *Centurionis & Custodum*, qvi *viso terræ motu & iis qvæ facta fuerant, metuerunt vehementèr dicentes: verè Filius Dei erat iste* Matth. 27, 54. Qvin
§. 3. hanc ἀνάστασιν νεκρῶν ad novissimum ὁρισμὸν retulit Ambrosius: *Christus cum emitteret Spiritum, ut ostenderet pro nostrâ resurrectione se mortuum, seriem ipsam resurrectionis exercuit. Simul enim, ut clamans iterum voce magnâ emisit Spiritum, terra mota est, petræ sunt scissæ, monumenta aperta, & multa resurrexerunt sanctorum dormientium corpora &c. Si hæc lecta sunt, cum emitteret Spiritum, cur incredibilia putamus, cum redire cœperit ad judicium, præsertim cum hæc resurrectio, documentum illius resurrectionis & futuræ sit exemplum veritatis. Minus autem exemplum est, qvàm veritas. lib. de fid. resurr.*

§. 1. 15. Non defuére, qvi ex eâdem hypothesi, agi sc. hîc *non de resurrectione Christi à mortuis*: sed *resurrectione mortuorum Sanctorum*, planè alitèr distinxerunt textum, sc. illud Ἰησοῦ Χρι-

ϛȣ̃ τȣ̃ Κυρίȣ ἡμῶν immediatè conjunxerunt cum voce νεκρῶν, ut ita νεκροὶ Ιησȣ̃ Χριϛȣ̃ sint qvos alibi Apostolus vocat κοιμηθέντας ἐν Χριϛῳ 1. Thess. 4, 14. 1. Cor. 15, 18. & sensus talis: *CHRISTUS est potentèr declaratus Filius Dei ex resuscitatione mortuorum Jesu Christi* i. e. *Electorum qvorum resurrectionem suâ resurrectione ipse procuravit.* Sed seqvela genitivorum ἡȣ̃ Θεȣ̃, γενομένȣ, τȣ̃ ὁριϑέντος, & ταυτολογία interpretamenti facilè illum nexum violentum confutat: Neqve minus absurdus est ille, qvi vel jam inde à vocibus: κατὰ πνεῦμα ἁγιωσ. vel à vocibus ἐξ ἀναϛάσεως νεκρῶν omnia refert ad ἀφωρισμένον v. 1. cœteris qvasi parenthesi inclusis: ut ita dicatur: *Paulus segregatus ad Evangelium, secundùm Spiritum, à resurrectione seu post resurrectionem JESU CHRISTI:* & discrimen ponatur *Vocationis Apostolicæ:* cœteri sc. Apostoli ante mortem: Paulus post resurrectionem vocatus: in qvo sensu violenta esse omnia, nemini obscurum esse potest. §. 2.

16. Fuit hactenus propositio 1. de *Filio Dei nato ex semine Davidis secundùm carnem.* Fuit 2. de *nato ex semine Davidis secundùm carnem, declarato* (ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναϛάσεως νεκρῶν) *Dei filio.* Seqvitur nunc tertia v. 5. (Filius Dei natus, & §. 1.

declaratus vid. v. 4.) JESUS CHRISTUS *Dominus noster, est IS per qvem accepimus gratiam & Apostolatum ad obedientiam fidei inter*
§. 2. *omnes gentes pro nomine ipsius.* Notetur qvà ἑρμηνείαν 1. illud ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι *Syrus* ad *Apostolatum* refert, ut ita Apostolorum ἐπισκοπὴ non uni nationi: sed πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν alligetur, indicetur. Sensus juxta illum satis congruus ita habet: דביה נסבן טיבותא ושליחותא בכלהון עממיא איך דנשתמעון להימנותא דשמיה i. e. *per qvem accepimus gratiam & legationem in omnes populos, ut obediant veritati nominis ejus.* Convenit cum Syro Lutherus noster: Durch welchen wir haben empfangen Gnade und Apostel-Amp: unter allen Heiden den Gehorsam des Glaubens auffzurichten
§. 3 unter seinen Nahmen. 2. Rectius tamen illud ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ refertur ad ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν, ita ut illud ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι nectatur cum v. 6. ἐν οἷς ἔστε καὶ ὑμεῖς, qvà ratione nullâ opus est parenthesi. Chrysostomus pro ὑπὲρ legit: περὶ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ v. 5. seqvela talis esset: *Per Jesum Christum accepimus gratiam & legationem pro nomiue ipsius* (ὑπὲρ Χριστοῦ, Vice Christi. Explicatio τῆς Ἀποστολῆς ὑπὲρ Χριστοῦ vel ὀνόματος Χριστοῦ plena est 2. Cor. 5, 19. 20.) *ad obedientiam*

*dientiam fidei inter omnes illas gentes* (ut fide Evangelio obediant omnes gentes) *quas inter & vos estis* v. 6. Quâ rem ipsam notetur 1. Ver- §. 4.
su 1. Paulus vocavit se κλητὸν Ἀπόστολον: qvomodo & qvod sit vocatus, & factus Apostolus nunc explicat: sc. διὰ (Ἰησοῦ Χριστοῦ) *Per Jesum Christum accepimus.* 2. ἐλάβομεν non modestiæ vel decoris: sed communis Apostolicæ ἀποστολῆς causâ, est plurale. 3. Χάριν καὶ Ἀποστολὴν Luth. Gnad und Apostel Ampt qvibusdam Interpp. idem est, sc. *gratia Apostolatus, dignitas Apostolica gratis collata*, ut καὶ sit ἐξηγητικὸν qvomodo vocabulum Gratiæ sumitur Ephes. 3, 7. 8. At aliis χάρις est *gratia gratum faciens*: Ἀποστολὴ *gratia gratis data*. Ita Haimo: *Per gratiam hîc debemus intelligere fidem & remissionem peccatorum, vel patientiam laborum pro qvâ remunerabimur in futurum: qvæ omnia nullis præcedentibus meritis gratis data sunt cunctis fidelibus, sicut dicitur: Gratiâ salvi facti estis.* Apostolatus *verò nomine debemus intelligere legationem prædicationis, qvam ipsi soli Apostoli acceperunt, ut omnes gentes obediant fidei Evangelicæ & Jesu Christo:* qvomodo Judas habuit Ἀποστολὴν imò & ἐπισκοπὴν cum non amplius haberet *gratiam gratum facientem* Joh. 12, 6. c. 17, 12. unde illi in inauguratione suc-

cessoris κλῆρος τῆς διακονίας καὶ ἀποστολῆς Actor. 1, 17. 20. 25. ibidemq; auditum illud: §. 5. πλὴν θυσιαστηρίου αὐτὴ λάβοι ἕτερος. Porrò ὑπακοὴν πίστεως ita sumi, ut fides metonymicè ponatur pro *doctrinâ fidei*, & adeò ὑπακούειν πίστει idem sit qvod ὑπακούειν τῷ εὐαγγελίῳ conf. Rom. 10, 16. & Act. 6, 7. ubi dicitur: Πολὺς ὄχλος τῶν ἱερέων ὑπήκουον τῇ πίστει notatur ab Interpp. hoc sensu: *Ut gentes ubiqve recipiant Evangelium credant Evangelio.* Sub termino ὑπακοῆς, connotari, vel principaliter etiam notari *veram fidem*, uti facilè conceditur conf. 1. Pet. 1, 2. Ubi *totum opus redemtionis* unà cum ejus applicatione ad *justificationem & reconciliationem cum Deo*, in vocibus: ὑπακοῆς καὶ ῥαντισμὸν αἵματος Ιησοῦ Χριστοῦ intelligitur conf. Tit. 1, 1. 4 Ep. Jud. v 3. ita nulla hîc necessitas talis Metonymiæ: sed uti in reipsa ἀκοὴ est ante πίστιν, & ὑπακοὴ inseparabile consequens τῆς πίστεως, ita finis ἀποστολῆς est & πίστις, & ὑπακοὴ ut omnes gentes in CHRISTUM credant & Evangelio obediant.

§. 1. 17. *Apostolatus Pauli* fuit ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν: ita habet v. 5. unde concludit Apostolus: *1. Si accepi Apostolatum inter omnes gentes.* E. & *inter vos Romanos* v. 6. qvia & vos estis ἐν τοῖς

ἐν τοῖς ἔθνεσιν: ita Paulus *Romanos* in eodem cum aliis gentibus censu ponit, sine ullâ vel adulatione, vel eminentis status Imperialis admiratione. 2. *Si per Apostolatum omnes gentes vocari, & per fidem Christo subjici deberent.* E. & *vos fuistis vocandi, qui nunc estis* κλητοὶ Ιησοῦ Χριστοῦ. Notatur 1. *Potestas Apostolica* §. 2. *& est immediata* (à Christo: non à Petro, uti deliravit Johannes de Turrecremata l. 2. c. 54. Sum. de Eccles & Dominicus Jacobatius l. 10. de conc. art. 7.) *& non datur illâ superior Ecclesiastica:* Illud qvidem concedit Bellarm. l. 4. de Rom. Pontif. c. 22. imò & hoc c. 23. ubi defendit, *jurisdictionem omnem & summam & plenissimam, etiam exteriorem, quæ Petro fuerit promissa per illud:* Tibi dabo claves, *& postea exhibita per illud:* Pasce oves, *datam esse omnibus Apostolis per illud* Joh. 20. Sicut misit me Pater, ego mitto vos, *ità ut omnes Apostoli sint Vicarij Christi, imò ipsum Christi officium & autoritatem acceperint:* ne tamen rueret planè Petri primatus, & Episcoporum dependentia à Pontifice Romano, opus fuit limitatione c. 25. scilicet: *Apostolos, qvà tales fuisse extraordinarios, & qvasi delegatos pastores, qvalibus non succeditur: Solum Petrum, &, ut Apostolum, fuisse extraordinarium, & præterea Pastorem totius Ecclesiæ ordinarium, cui proinde ut ordinario succedat*

§. 3. *dat Pontifex Romanus.* Contra: non alia fuit χάρις καὶ ἀποστολὴ in Petro, qvàm in Paulo, neqve magis illa, qvàm hæc *successiva.* Si *Apostolorum potestas* fuit summa. E. illa *ordinaria* Petri non summa, nec Monarchica. Si hæc *ordinaria summa.* E. non *summa* illa

§. 4. κοινὴ ἀποστολική. 2. Reliqva *officia Ecclesiastica* sunt Topica: Apostolatus œcumenicus: probatur ex illis: ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν conf. Marc. 16, 15. de Paulo Actor. 9, 14 Rom. 15, 19. 3. Paulus non ipse sibi Apostolatum sumsit, non meritum aliqvod in se agnovit, non suis viribus gentes ad obedientiam fidei perduxit: sed totum illud gratiæ JESU CHRISTI tribuit conf. in textu illud δι' ὃ & χάειν ita 1. Corinth. 15, 10. 4. Vicariatus Christi est communis Apostolicus: non sub ordinarii titulo uni Petro proprius conf. 2. Cor. 5, 20. ibidemq; positus ὑπὲρ Χριστοῦ.

§. 1. 18. Seqvitur in inscriptione I. Dedicatio eaq: 1. sub titulo *generali* sine habitâ ratione dignitatum, vel honorum: Omnibus τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ. 2. Sub *titulo speciali* & sanctorum proprio: qvia inscribitur 1. *Dilectis Dei.* 2. *Vocatis.* 3. *Sanctis.* In Græco est κλητοῖς ἁγίοις, qvod Beza expressit: *Ex vocatione Sanctis.* Syrus autem distinxit קריאא וקדישא 1. e. *Vocatis & Sanctis.* Notetur hîc, subordinatio

dinatio beneficiorum, ponitur sc. 1. *Dilectio Dei*, qvæ est principium electionis ad gratiam, 1. *Vocationis*, 2. *Vocatio*, 3. *Sanctificatio*, qvæ finis est vocationis Ephes 1, 4. Neqve enim sanctitas talis est in vocationis termino à qvo: sed ad qvem. Seqvitur II. Votum: §. 2. *Gratia sit vobis & pax à DEO Patre nostro, & Domino JESU CHRISTO.* v. 7. Non desunt qvi Dedicationem superiorem planè ad antecedentia referunt, ita ut Votum hoc sit discretum, planè sicut per Soph-Pasuk apud Hebræos discernitur versus à versu, & sensus à sensu. Movit maxumè, qvod Votum exprimatur in personâ. 2. Χάρις ὑμῖν &c. sed nihil obstat, qvò minûs & illæ voces: Πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ in personâ 2. exprimantur: *Omnibus qvi estis Romæ, Gratia sit vobis* &c. Porrò, solitum in exordiis Apostolo votum §. 3. *Gratiæ & Pacis.* In termino *Gratiæ* non tantùm *ipsam Dei benevolentiam, & favorem gratuitum:* sed & *fidem, justificationem, spem, ipsamq; vitam æternam:* per pacem *prosperum rerum cœlestium successum, & tranqvillum in bonis spiritualibus statum*, cum incrementis supposità *reconciliatione* intelligi, facilè concedimus, sive autem Gratiam ad *Deum ut Patrem nostrum* pacem ad JESUM CHRISTUM referas, sive utrumqve ad *Deum ut Patrem* nostrum & *Dominum*

*Dominum JESUM* parum intererit. Gratia sanè ad Deum Patrem CHRISTI sic *diligentem mundum, ut non proprio parcat Filio, eundemq; per viscera misericordiæ, in quibus visitavit nos Oriens ex alto, peccata remittentem: Pax* autem ad Filium sangvinis sacrificio Deo Patri nos reconciliantem conf. Joh. 14, 27. 28 Rom. 5, 1. 10. 11. commodè refertur; non minùs tamen Christus Dominus est *Autor gratiæ*, qvàm *pacis*, & Deus Pater noster, *Autor pacis*, qvàm *gratiæ*: tàm *pax*, qvàm *gratia* æqvalitèr præstatur à SS. Trinitate totâ: neqve Apostolus dicit à Deo Patre, per Dominum: sed *Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo* nec legendum ita, ut Deus dicatur Pater noster & Domini nostri Jesu Christi: sed à Deo, & Domino. Porrò Epistolæ vel sunt *sine Inscriptione & Voto* ut Ep. ad Hebræos, item 1. Johannis: vel *cum & inscriptione & voto*, eoq; vel formali, *gratiæ, pacis, misericordiæ* &c. idq; vel sine *verbo explicito*, ut in Epp. Paulin. vel *cum verbo explicito*, ut in Epistolis Petrinis, & Juda ubi est: Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη (unde Consonantia apparet utriusqve Epistolæ Pauli, & qvæstio oritur, an in titulis Paulinis qvoqve subintelligendum sit tale vel simile verbum conf. Dan. 3, 31. c. 6, 26. ubi est ישגא שלמכון) item Ep. 2. Johan. vel *materiali*,

teriali, qvale votum sc. χαίρειν est in Epistolâ Jacobi: conf. 3. Epist. Johannis. Qvod ergò Beza post κλητοῖς ἁγίοις distingvit, & ellipsin vocis ἀπὸ στέλλω statuit, unà cum metu solœcismi, ex lectione superiori, frustra est. §. 4. Sed & ambiguus videtur ille positus: ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, &, si ita legas, *à Deo Patre nostro & Domini nostri JESU CHRISTI*, Photinianorum hæresi non contrarius. Sanè Ep. 2. ad Corinth. c. 1, 3. immediatè post votum Apostolicum huic planè parallelum sequitur: εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ: qvi scilicet v. 2. dicitur *Deus Pater noster*; v. 3. dicitur *Deus Pater Domini Jesu Christi*: imò ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ: non ὁ Θεὸς καὶ ὁ Πατὴρ (unicus articulus facit, ut *Deus & Pater* ad eandem personam referantur notante Erasmo conf. Tit. c. 2, 13. ubi ex non repetitione articuli τοῦ ante σωτῆρος rectè in tali positu infertur *identitas personalis* τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος: in certo, inqvam, positu valet regula illa Erasmi, nec obstant illi exempla *Volkelij* Matt. 21, 12. Marc. 11, 15. Luc. 19, 45. Eph. 2, 20. c. 3, 5. c. 4, 11. Heb. 9, 19. conf. Eph. 5, 5. 2. Thess. 1, 12. 1. Tim. 5, 21. Verè ergò *Deus Pater noster*, est qvoqve *Pater Domini nostri* §. 5.

JESU

*JESU CHRISTI:* sed non prius noster, qvàm CHRISTI, qvomodo *paternitas* CHRISTI post nostram poneretur ab Apostolo ex hypothesi superioris nexus, & subordinationis κυρίου ad genitivum πατρός: conf. Joh. 20, 17. *Ascendo*, ait Christus, *ad Patrem meum, & ad Patrem vestrum.* Dicendum præterea fuisset: ἀπὸ θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ: nunc ita legendum, ut non sit nexus *duorum Genitivorum* ἡμῶν & Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ut subordinatorum Patri: sed ut Genitivi θεοῦ πατρὸς & κυρίου sint æqvales respectu principii *gratiæ & pacis*, & æqvalitèr ad præpositionem ἀπὸ relati, ut sit ἀπὸ θεοῦ & ἀπὸ κυρίου à Deo *Patre* & *Domino:* non à Deo, *Patre nostro* & Domini J. CHRISTI. Porrò paternitatem illam ad nos relatam, non uni patris personæ convenire: sed & Filium אבי עד & Spiritum S. hoc sensu Patem nostrum esse, dubio caret.

§. 6. Notamus pro conclusione τὸ ἐπιγεγραμμένον 1. illud ἀπὸ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ nec Deum excludit, nec *Hominem.* Non Deum, qvia auctoritas summè divina gratiæ & pacis, eaq; æqvalis ἀπὸ παρὰ ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ arguit Dominum summum Deum: unde & ex his verbis summam Christi divinitatem & cum

cum Patre æqvalitatem probavére patres Græci, & Cyrill. l. 12. thes. c. 1. Non *hominem*, qvia autoritas illa *Pacis* includit *meritum Sangvinis*, qvod est veri, etsi non meri hominis. Eph 2, 13. 14. 16. nec Ἰησοῦς Χριστὸς sunt naturæ: sed Personæ & τὸ ὁμοούσιος nomina. 2. Ut demus, Patrem nostrum hîc ὑποστατικῶς sumi pro illâ personâ, qvæ est *Pater Christi*, non magis tamen valet consequentia, à *Patre Deo* ad Filium vel JESUM CHRISTUM non DEUM: qvàm *à Filio Domino*, ad *Patrem non Dominum* conf. Joh. 17, 3. 1 Cor. 8, 5. 3. Redemtio facta in *assumtâ carne*, sangvinis pretio, & ἐξαγορασμὸς ille Apoc. 5, 9. c. 14. v. 3. 4. seu vendicatio in λαὸν περιούσιον, in סגלה Exod. 19, 5. 6. Tit. 2, 14. 1. Petr. 2, 9. Fundamentum est nominis DOMINI specialiter personæ mediæ attributi, tùm alibi, tùm in literis Apostolicis. In vocabulo autem *Domini* esse tantùm *Characterem humanitatis* negamus: nec tale qvid probat vel hic textus, vel ille Ephes. 4, 5.

19. Ab Exordio Generali ad speciale, transit Apostolus, cujus resolutionem jam supra præmisimus. Uti *Voto gratiæ & pacis* à Deo Patre & Domino JESU CHRISTO inscriptionem obsignavit: ita à *gratiarum actione*, & *DEI ac JESU CHRISTI* commemoratione specialis §. 1.

exordii tractationem incipit in v. 8. (solita illa Voti & gratiarum actionis copula est Apostolo in aliis Epistolis, uti & Petro in Epistolâ 1.)

§. 2. *Gratias* a. *agit imprimis Deo per J. Christum quod fides Romanorum celebretur in toto mundo* v. 8. Quær. hîc 1. An illud πρῶτον dicat primum *ordinis & distributionis* resp. objecti materialis Eucharistici: an v. *primum intentionis*, & *initium sermonis?* Aff. póster. Fides E. Romanorum, & unicum Paulo est gratiarum actionis inductivum, & sermonis Apostolici post salutationem principium. Quær. 2. *An propter ipsam Romanorum fidem, an propter fidei celebritatem gratias agat Apostolus Deo?* Resp illa *annunciatio fidei* Romanorum *in toto mundo* signum erat excellentiæ fidei, & tantò fortius argumentum ad glorificandum Deum Matt. 5, 16. Gratias agit pro ipsâ fide in toto mundo annunciatâ. Qv. 3 *Quomodo Apostolus J. Christum contradistinguat Deo?*

§. 3. Resp. Jesus & Christus nomina sunt officii: distinctio illa Dei & Domini, Dei Patris nostri & J. Christi fundatur in Mediatore & Redemtore, quo respectu solitum Apostolo Filium Dominum appellare, & Deo per J. Christum gratiam agere. Qv. 4. *Quorsum pertineat illud* περὶ πάντων ὑμῶν? Resp. non ad *omnes Romanos*: sed ad πάντας τοὺς ὄντας ἐν Ρώμῃ ἀγαπητοὺς Θεοῦ, κλητοὺς ἁγίους vid. v. 7. Facit illud contra erro-

rem

rem Fr. Puccii Filid. qvi in libro de *Efficacitate Servatoris* &c propugnat: *In omnibus hominibus, etiam illis, qvi de Christo & Evangelio ejus nominatim & historicè ne minimum qvidem audiverunt, hypostasin seu substantiam naturalem salvificæ fidei superesse, ac proinde omnes ad vitam æternã aptos natos esse.* Vid. Ref. Osiandri. Qv. 5 *An ex Catholicismo Ecclesiæ Romanæ veteris, probetur Catholicismus Ecclesiæ Romanæ præsentis?* R. 1 Catholicismus propriè loqvendo Ecclesiæ non est Topicus: vel resp. Complicum Arithmetic⁹: sed dogmatic⁹, ita ut illa Ecclesia dicatur Catholica, qvæ cum verbo Dei revelato perfectè congruit, & cum fidelib. omnium locor. & temporũ consentit. 2. Fides Catholica, *Ecclesiam Romanã* Catholicam fecit tempore Pauli: ostendant hodiè illam fidem Romæ, & concedemus, *Ecclesiam Romanam etiamnunc rectè dici Catholicã:* §. 4. Paulo non in celebritate ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ Catholicismum Ecclesiæ Romanæ veteris ponit: sed propter fidem Catholicam, eandemq; *toto orbe celebratam Deo gratias agit:* prius ergò fuit πίστις Romanorum, Catholica, anteqvam fuit καταγγελλομένη ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. Hodiè fides Catholica Romæ non est: neq; E. de Romanis dicere hodiè fas est: Fides vestra καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ: Sed pro illo: ἡ ἀποστασία Romana annunciatur in toto mundo, vel rectiùs illud Prophetæ: *Quomodo facta est meretrix*

*trix civitas fidelis, plena judicij? justitia habitavit*
§. 5. *in eâ: nunc autem homicidæ* Esa. 1, 21. *Potentiorem* in illâ *principalitatem* qvondam agnovit *Irenæus:* sedtotum illud, propter illam, *qvam habuit ab Apostolis traditionem & annunciatam hominibus fidem,* qvam, Hæreticis in Oriente, Tyrannis in occidente Ecclesiam turbantibus, majori constantiâ servavit illibatam: conf. Iren. l 3. adverf. hæres. c. 3. Exspirante sensim fide, & illâ dogmaticâ puritate, succubuit potentior illa principalitas, dudum & Africâ & Oriente sese subtrahentibus, illâ etiam *ne trans mare provocare liceret*, imperante. Solâ *successione Episcopalis, Cathedra Petri lignea, Apostolorum martyria*, & corporum *reliqviæ*, nec olim fecerunt, nec nunc facere possunt Ecclesiam Romanam Catholicam. Oprumæ Apostolorum reliqviæ sunt doctrina & fides Apostolica. Hæc vera est Ecclesiæ gloria: cætera merè humana & magna parte superstiti-
§. 6. tiosa. Fruſtra ergò Cochletius Carmel. Parisiens. adverf. Polyandr. p. 119. 120. hæc urget: 1. *Fidem Romanam esse Catholicam testatur Irenæus l. 3. adv. hæres. Tertull. qvi ejus doctrinam Catholicam vocat l. de præscr. c. 30. & de pall. c. 4. D. Cyprian. ep. 52. ad Antonium, qvi cum Cornelio Papâ convenire, ait, esse cum Catholica Eccles. communicare.* 2. *Cathedræ Apostolorum suis locis præsidentes non sunt præter Romam.* 3. *Paulus*

*qvi*

*qui nunc præest Cathedræ Romanæ ostendere potest primum Auctorem & Antecessorem.* Vid. Calv. Infern. Neque majoris ponderis est exclamatio Scriban. Jesuit. orthod. fid. controv. p. 86. 87. *Abest successio Episcoporum, abest consensus retrò seculorum. Abest membrorum cum capite nexus, abest miraculorum gloria, ad fidem novam, & expositionem Scripturarum tot inauditam seculis.* Consensus Prophetarum & Apostolorum nobis sufficit, ad qvem in Concilio Apostolico Jacobus provocavit; Τούτῳ συμφωνοῦσιν οἱ λόγοι τῶν προφητῶν Act. 15, 15. 16. & apud Cornelium Petrus: Τούτῳ πάντες οἱ προφῆται μαρτυροῦσιν Act. 10, 43. §. 7. Ex abundanti, *plum & verbo Dei, & Ecclesiæ omnium temporum & locorum consentanea, qvæ ubique & ab omnibus, & semper credita, & docta sunt, credere & docere Ecclesiam, qvæ profitetur confessionem Augustanam, qvàm Cœtum Pontificiorum:* §. 8. nostra scilicet omnia & Canoni Scripturarum & fidei catholicæ esse consentanea: Papistarum pauca talia, multa *hæretica*, plurima *erronea*, ostensum satis est. Miraculorum veterum gloria pro nostrâ facit doctrinâ, qvæ qvia nova non est, proinde sine novis miraculis, veteribus roborata miraculis, Catholica est & esse potest.

20. Contestatus hactenus affectum 1. *Solemni*

§. 1. *lemni gratiarum actione*, nunc illum 2. *ineffabilis memorialis & Voti præsentiæ Apostolicæ commemoratione* testatur Apostolus v. 9. idq; cum magnificâ ipsius Dei, ut *testis* invocatione: Μάρτυς γαρ μου ἐστιν ὁ Θεὸς: de qvâ præfatione qværitur, an sit simpliciter *jurantis*: an tantùm *narrantis*, in sensu: *Deus ipse novit, & testari potest, qvod sine intermissione mentionem faciam vestri?* Prius rectè Augustl. 1. r. de serm. Dom in mont. aliiq; Patres, & ex Schol. Thomas affirmant: idq; tùm in hoc loco, tùm in parallelo, ad Philipp. 1, 8 ubi planè idem est positus Mirum autem, in posteriori loco invocationem divini testimonii, & proinde juramentum admittere Cajetanum, cum in præsenti exemplo juramentum neget, idq; propter rationem frivolam, qvia scilicet non dicitur: Μάρτυς μοί ἐστιν ὁ Θεὸς: sed μου: ac si interesset inter: *Deus est meus testis*: &: *Deus mihi est testis*: cum tamen utrobiqve sit μου: & Vulgatus qvoqve expresserit: *Testis enim mihi est Deus.* Sed qvomodo hoc exemplum convenit cum Regulâ Salvatoris: §. 2. μὴ ὀμόσαι ὅλως Matth. 5, 43.? Benè latis: Jurat Deus ipse, idq; tùm respectu pacti Evangelici Gen. 22, 16. Luc. 1, 73. tùm Legalis supplicii Deut. 32, 40. & propter independentiam Hebr. 6, 13. 15. 16. *jurat per seipsum*, dicens.

חי אנכי לעולם vid. l. alleg. & Num. 14, 21. jurat Angelus: sed propter dependentiam, בחי העולם Dan. 12, 7. in certis casibus juramentum ab ipso Deo imperatur, & qvia soli Deo juratur, שבועת יהוה appellatur. Exod. 22, 11. qvin mandatum expressum Deut. 6, 13. *in nomine* יהוה *Dei tui jurabis.* Ita hîc Paulus non saltem jurat in nomine יהוה summi Dei: sed & *jurat in nomine Dei sui. Testis meus*, est Deus, *qvem colo Spiritu in Evangelio filij ipsius*, planè juxta regulam Mosis: neqve illud πεισσὸν est ἐκ πονηροῦ: sed ἐκ πνεύματος ἁγίου An verò repugnet regula Christi? Μὴ γένοιτο. Traditio τῶν ἀρχαίων erat: §. 3.
Etiam in re levicula, sine justâ necessitate, juramenta, etsi per creaturas, esse licita, modò servaretur res jurata. Geminum in illâ vitium: unum *jurare temerè, sine justâ necessitate in re levi:* alterum, *jurare per formulas prohibitas,* §. 4.
cum jurandum non sit nisi per יהוה אלהים. Huic ergò opponit Salvator illud universale: Μὴ ὀμόσαι ὅλως, ὅλως inqvam tùm qvà juramentum *per cœlum, per terram, per Hierosolyma, per caput* v 34. 35. 36. qvæ formulæ absolutæ prohibitæ: tùm qvà שבועת יהוה s. *juramentum per Deum*, in omni re levi, sine jussà & justâ necessitate: & vult ut *affirman-*

*dum* simplicitèr sine juramento *affirmemus*, ut ναί, sit ναί, & sine illo *negandum negemus* seu, ut οὔ sit οὔ; qvâ ratione non opus esset jurejurando. At signantèr dicit: ἔστω ὁ λόγος ὑμῶν, ille scilicet sermo: *qvem vestrâ sponte sive privatim, sive publicè, extra jus superioris, sive Dei sive Magistratus, eloqvimini:* alia sc. ratio est עֹשֶׂה qvi editur לִפְנֵי אֱלֹהִים seu *coram judicio*, qvod est יְהוָה: unde talis sermo est שְׁבוּעַת יְהוָה vid. sup. qvia sc. qvi dicit τὸ ναὶ, ναὶ, non jurat, nisi jussus, qvando alter dicit τὸ ναὶ, οὔ. Et certè: τὸ σεβασθὲν ὄνομα, sive sint illæ Creaturarum species juratæ, sive sacrosanctum Dei nomen in juramento rei minoris expressum, sive juramentum ab illo, qvi dicit τὸ οὔ, οὔ, & τὸ ναὶ, ναί, sponte oblatum, sive ab illo, qvi dicit τὸ ναὶ, οὔ & τὸ οὔ, ναὶ postulatum, incurrit in hoc interdictum Christi: qvod si servaretur, nullus foret locus juramentorũ in judiciis: at cum ibi τὸ ναὶ, non semper sit λόγος ναί, qvæstio alia est, qvid ex prævisione non adimplendæ hujus legis Christi ordinandum fuerit? atqve hic solemne jusjurandum Deus ipse præscripsit: non utiqve σεβασθὲν hoc præscripturus, extra §. 5. πονηρὸν si fuisset Idem jurandi interdictum est Jacobi c. 5, 12. ubi pariter geminum prohibetur

betur κακοηθὲς: unum *jurandi per creaturas:* alterum, *temerè jurandi per Deum:* prioris exempla statim addūtur, sc. non esse dicendum: Μὰ τὸν οὐρανὸν &c. μήτε ἄλλον τινὰ ὅρκον conf. Matt. 23, 16. 18. posterioris interdictum est: ἤτω δὲ ὑμῶν τὸ ναὶ &c. notetur iterum illud ὑμῶν τὸ ναὶ: cui non repugnat πάσης ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν, ὁ ὅρκος, qvod in judiciis ex imperfectionis nostræ prævisione Deus ordinavit.

21. In Charactere *Dei*, *testis Pauli*, vocem λατρεύειν notant Pontificii & in hoc textu exemplum *Latriæ* tùm formalis, tùm materialis. Sane ad cultum soli Deo debitum in usu Biblico N. T. restringi vocem λατρείας facilè datur conf. Matt. 4, 10. Luc. 1, 74. Act. 27, 23. Philip. 3, 3. 2. Tim. 1, 3. Hebr. 9, 14. Apoc. 22, 3. at, si, qvod in V. T. exprimitur termino עֲבוֹדָה seu *Dulias*, in N. T. redditur per *Latriam*, si item eadem vox λατρείας ad homines aliqvando refertur in V. T. non saltem non solida est illa distinctio *Latriæ & Duliæ:* sed & in sensu papistico, qvatenus *distinctas* ponit *cultus religiosi species*, hæretica: prius autem ita se habere constat ex *Deut. 6, 4. c. 10, 20.* collato cum *Matt. 6, 10. Luc. 4, 8.* posterius ex *Deut. 28, 48. Lev. 23, 7.* Addatur *Dulia* in N. T. refertur qvoqve ad Deum *Act. 20, 19. Rom.* §. 1.

§. 2. 14, 18. Coloss. 3, 24. 1. Thess. 1, 9. *Latria* ergò Dei est *Dulia*, præter qvam datur qvidem *Dulia*, sed non religiosa, & qvæ ipsa qvoqve Græcis aliqvando dicitur Latria. Scilicet & hæc & Dulia, qvando *subjectionem religiosam* notant, non habent aliud objectum nisi μόνον ἀληθινὸν Θεὸν &, *Mediatorem Jesum Christum*. Salvator Diabolo cultum religiosum poscenti, & *Latriam*, qvam vocant Pontificii, & *Duliam* denegavit, utramqve soli Deo vendicans: juxta Pontificios Diabolus solam Latriam poposcisset, & hanc solam Christus ei denegasset, non item Duliam. conf. Matth. 4. 3. 6. Luc. 4, 6. Futilis e. est illa distinctio inter *Latriam & Duliam*, inter *religionem primariam & secundariam*, inter *hyperduliam Dei & B. Virginis*, qvalis & illa inter *cultum per se & cultum per accidens*, *cultum propter se & cultum propter aliud*: *cultum propriè & impropriè*, qvæ distinctiones verè sunt *profunditates Satanæ* Apoc. 2, 24. qvi-

§. 3. bus, qvi in simplicitate *unius colendi* & *unius cultus* acqvievimus, non indigemus. Rem ipsam *dulia* religiosæ *Angelorum*, *Sanctorum mortuorum*, cum gradu *hyperdulias Mariæ*, nec mandato, nec ullo imitabili exemplo probare possunt. Nos contra interdictum talis *Dulias* & in particulari *præcepto* Coloss. 2, 18. & in *exemplo* Apoc. 19, 10. & c. 22, 9. & qvidem in

*argumento*

*argumento* tùm privativè (Conservus scil. non est adorandus) tùm positivè (solus Deus est adorandus) ostendere possumus. Qvin pudendum Papismi dogma esse illud de *religiosâ Sanctorum Angelorum*, & Beatorum N. T. (*ante Christi* enim *adventum sanctos mortuos non potuisse ordinariè cognoscere preces supplicantium, & ideò non fuisse consvetum ut in V. T. diceretur: Sancte Abraham ora pro me* concessum est Bellarm. *l. 1. de S. Beat. c. 17.*) Dulià, arguit *consilium Bellarmini*, svadentis ut in *Sanctorum invocatione liberales simus in verbis* (liberrimè à sanctis illa postulando, qvæ sunt à Deo) at non *in sensu*, qvi non nisi de *sanctorum suffragiis & meritis* (posterius satis liberalitèr à Bellarmino conceditur) esse debeat: contra in *cultu imaginum* liberales in sensu: at non in verbis. Scilicet, si *de re ipsâ agatur admitti posse, ut imagines colantur eodem genere cultus, qvo ipsum exemplar colitur* (saltem per accidens, impropriè) & *adeò imago Christi, Latriâ: at qvantum ad modum loqvendi, præsertim in concione ad populum non est dicendum, ullas imagines adorari debere latriâ; sed e contrario non debere sic adorari.* Ita Bell. l. 1. de S. Beat. c. 17. & l. 2. de imag. Sanct. c. 22. Claudimus: Latria Pauli dicitur §. 4.
esse 1. ἐν πνεύματι, tùm propter *internum & spiritualem cultum* ceremoniali & locali V. T. oppositum conf. Joh. 4, 24. tùm propter *cultus*

*sponta-*

*spontaneitatem*, tùm propter *relationem inter Deum* teſtantem de Spiritu Pauli inceſſantèr recordante Romanorum: *& inter Paulum* colentem ſeu λατρεύοντα in Spiritu, ac in tali λατρείᾳ pro Romanæ fidei incrementis *conſtantibus, ſupplicantem 2 in Evangelio Filij Dei*, ſc. *prædicando, annunciando, propagando*, ad qvod ſpectat ille ἀφορισμὸς v. 1.

§. 1. 22 Id, cujus causâ Deum teſtem invocat Apoſtolus eſt 1. *mentio Romanorum ſine intermiſſione* v. 9. 2. *Expreſſum ſemper in precibus votũ præſentiæ* v. 10. εἴπως ἤδη εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς i. e. *ſi qvomodo tandem aliqvando proſperum iter mihi detur ex voluntate Dei*, qvæ verba ſunt parenthetica: neq; enim vel ſine ellipſi ὥστε, vel pleonaſmo πάντοτε alitèr licet diſtingvere. Rectiſſimè tamen illud πάντοτε ſeu *ſemper* &c. habetur ut exegeticum illius ἀδιαλείπτως μνείαν ποιοῦμαι. Mentio ſcilicet illa fiebat in precibus Apoſtolicis: hoc ipſo enim, qvod Apoſtolus *ſemper in oratione pro fide Romanorum ſupplicabat, & præſentiam à Deo vovebat, mentionem Romanorum ſine intermiſſione faciebat.* Non ergò ſolùm ſignificat, ſe qvoties oraret, meminiſſe apud Deum, Romanorum: ſed & ſe ἀδιαλείπτως orare: qvia ἀδιαλείπτως memi-

§. 2. nit,

nit, neqve verò meminit ἀεὶ προσευχῶν. Conditionem illam perseverantiæ precum, Salvator ipse præscripsit Luc. 11, 8. & c. 18. v. 1. *Oportet semper orare, & nunqvam deficere* conf. Luc. 21, 36. & Apostolus 1. Thess. ult. v. 16. jubens ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, qvod non *oratione vitali* abstractâ, neqve *abstractâ mentali* & desiderii, nec per *statas horas canonicas:* sed *perseverantiâ & assiduitate orandi, qvantam maxumam habere possumus*, absolvitur. §. 3. Porrò fructus προσευχῶν s. Orationum Apostoli, non ponitur *satisfactorius*, non *meritorius*, qvalem fingunt Pontificii conf. Bell. l. 1. de bon. op. in part. c. 3. sed tantùm *impetrativus:* & qvidem *bona corporalia* cum: *spiritualia* sine conditione petenda, docet hoc exemplum precum Paulinarū conf. *2. Sam. 15, 25. Matt. 8, 2. Luc. 17, 5.*

23. Finis desiderii s. voti præsentiæ generaliter exprimitur in v. 11. sc. *spiritualis charismatis confirmantis impertitio*, qvi specialiter & exegeticè describitur v. 12. per συμπαρακλησιν per fidem reciprocam. Lutherus noster: Daß §. 1. ich sampt euch getröstet werde/durch ewren und meinen Glauben/ den wir unter einander haben Satis §. 2. ex sensu Spiritus & literæ, qvem etsi parum latinè, Vulgatus qvoqve expressit. At *consolandi* Vox non placuit Bezæ, qvi reddidit in sensu *exhortandi*, ut ita ostendatur insignis

Pauli

Pauli modestia, qvi, *qvantumvis excellens, ab Ecclesiâ Romanâ tùm erudiri magis & magis:* tùm confirmari & *potuerit*, & voluerit: vel, uti melius applicat Estius: *Qvi paratus sit etiam aliorum exhortationes audire, & ex iis fructum sibi*
§. 3. *sperer.* Omninò tamen probandus noster Lutherus. Licet enim in παρακαλεῖν significatio sit πρώτως, *advocandi*, item, ad *precatoris seu advocati instar interveniendi*, & porrò, *rogandi, obsecrandi, hortandi, consolandi*, qvæ ultima in *formâ activâ* videatur 2. Cor. 1, 4. ubi bis in eodem versu est παρακαλεῖν in significatione *consolandi* conf. c. 7, 6. & in voce παρακλήσεως maximè usitata conf. Luc. 2, 25. c. 6, 24. Act. 9, 31. 2. Cor. 1, 3. 4. 5. 6. 7. c. 7, 4. 7. 13. Phil. 2, 1. 2. Thess. 2, 16. Heb. 6, 18. c. 12, 5. c. 13, 22. unde & Barnabæ nomen dicitur μεθερμηνευόμενον, Filius παρακλήσεως seu *consolationis*, Syr. בַּר נְבוּאָא Act. 6, 36. forma tamen passiva magis etiam qvàm activa significationem consolandi obtinet, idq; in locis omnibus conf. Matt. 2, 18. c. 5, 4. Luc. 16, 25. in qvibus illustribus locis inapplicabilis est alia, qvàm consolandi significatio: conf. Act. 20, 12. & insignis textus 2. Cor. 1, 44. & 6. c. 7, 7. 13, Colos. 2, 2. neqve illam consolationis significationem exuunt duo textus, qvi videri poterant, heterogenei Actor. 28, 14. 1. Cor. 14, 31.

uti

Uti ergò se habet παρακαλεῖσθαι passivum: ita se habet vox συμπαρακαλεῖσθαι, qvæ in tali compositione non est nisi ἅπαξ λεγομένη. Accedit paraphrasta Syrus, qvi expressit per ואכחרא נתביא à rad. superiori in nomine Barnabæ seu בַּיָּא vel אֶתְבַּיָּא in qvâ voce semper inest *consolandi* significatio, & per *consolationem exhilarandi*: qvomodo illud Rachelis: οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, expressit per לא צביא למתביאו i. e. *non vult per consolationem exhilarari* Matt. 2, 18. & illud: Beati lugentes, qvoniam παρακληθήσονται per נִתְבַּיְאוּן c. 5, 4. i. e *consolatione afficientur, exhilarabuntur*: neqve vox saltem: sed & res ipsa pro Luthero facit, in qvâ notetur insignis descensus seu mitigatio dicti, signum & modestiæ, & benevolentiæ Apostolicæ. Finis *desiderij præsentiæ* seu evidentiæ expressus erat v. 11. sc. μετάδοσις χαρίσματος πνευματικοῦ: poterat illa, fidei Romanæ, *qvæ annunciabatur* ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, defectus *Charismatis*, opinionem, facere: mitigat ergò illam μετάδοσιν Apostolus, per illud: εἰς τὸ στηριχθῆναι: & sic fidei Romanorum relinqvit omnimodam excellentiam: & τὸ στηριγμὸν saltem illis exoptat per suam præsentiam: sed & hoc vocabulum mitigat, velut τολμηρότερον ἀπὸ μέρους conf. c. 15, 15. illi

§. 4.

enim

enim fidei qvæ *celebrabatur in toto mundo*, στη-ριγμὸν addere, & illos, qvi, non nesciente id Apostolo, *erant pleni bonitate, impleti cognitione* vid. c. 15, 14. velle confirmare, ut εὐαυλο-φανὲς haberi poterat: addit ergò exegesin illius στηριγμῦ per παρακλησιν, & mutat vocabulum *confirmandi* in *consolandi*: neqve hoc saltem: sed & illam παρακλησιν facit παλίν-δεσμον, & sic loqvitur, tanqvam *ipse vicissim à Romanis fructum aliqvem sit accepturus spiritualem*, vel saltem παρακλησιν i.e. *consolationem, recreationem, exhilarationem*: ut ita, sicut firma fides Pauli futura erat Romanis coràm Paulum audientibus, materia *consolationis & gaudij*: ita firma fides Romanorum, *Paulo magis præsenti*: qvàm absenti futura erat, consolationis & gaudii materia. Ponatur pro verbo *consolandi*, significatio *exhortandi*, & peribit hæc textus sequela. Addatur illud Rom. 15, 14. confessum Apostoli: *Romanos posse etiam se mutuò adhortari*: & adeò illa *adhortatio* non poterat esse *finis desiderij Apostolici*. Sc. distincta sunt in Græco textu duo vocabula passiva: unum τὸ στηριχθῆναι v. 11. alterum τὸ συμπαρακληθῆναι v. 12. prius, qvod *confirmationem* significat, de solis Romanis enunciat Apostolus: unde ibi additum ὑμᾶς; posterius & de Romanis & de seipso.

# DIVINÆ AD ROMANOS EPISTOLÆ, THEMA PRIMUM & PRIMARIUM De *JUSTITIA DEI REVELATA IN EVANGELIO.*

Pos. I.

AFfectum Apostolicum contestando 3. *adventus* propter obligationem Apostolicam *sæpè & quidem* προθύμως §. 1.
*intenti (etsi semper impediti) explicatione* v. 13. 14. 15. transit ad primum & primarium Thema Epistolicum. Argumentum est geminum: I. Qvi *fructum Evangelicum ostendere potest in aliis gentibus, is meritò optat etiam tale qvid ostendere in Romanis* v. 13. II. Qvi *obligatus est Evangelista Græcis & Barbaris, Sapientibus* (seculari Philosophiâ imbutis, doctis) & *Insipientibus* (s. indoctis) *ille qvoqve ex munere Apostolatus, est obligatus ad annunciandum Evangelium Romanis* (etsi non ἀποστολικῶς) & adeò tantum abest, ut illum *pudeat vel Crucifixi, vel doctrinæ de Crucifixo* (etsi illa res probrosa & stulta videtur mundo) ut potius illi sit προθυμον, *prædicare Evangelium Romæ* v. 15. 16. Ubi statim seqvitur Thema I. & primarium tale sc. *Justi-*

*tia, quâ coram Deo justificamur & salvamur est per fidem non per opera, nec revelatur à Lege: sed Evangelio, quod proinde est virtus divina salvandi omnes & solos credentes in Jesum Christum*, sc. &

§. 2. *Judæos* (primum) *& Græcos.* Quæritur hîc 1. *Quomodo se habeat illud impedimentum adventus Paulini parentheticum* v. 13? Resp. 1. Majus lucrum Evangelicum à Deo prævisum sæpè mutavit curriculum Apostolicum, *Spiritu S.* & prius, & diutius ibi prædicare jubente, ubi plures vidit posse lucrefieri: inde illud *sesquiannum Corinthiacum* Act. 18, 11. & impedimentum *Asiaticum*, jussis Paulo & Silâ *Asiam intendentibus*, prædicare in *Macedoniâ*. Act. 16, 6. illâ futuris reservatâ temporibus 1. Pet. 1, 1. Apoc. c. 2. & 3. Resp. 2. φιλοτιμούμενον Apostolo, *ibi prius prædicare, ubi nondum ὠνομάσθη Χριστὸς*, & ubi non superstruendum fuit: sed *fundamentum jaciendum.* conf. Ep. ad Rom. 15. 20. Resp. 3. Impedimentum præsentiæ apud *Thessalonicenses* sibi δὶς θελὶς objectum à Diabolo meminit Apostolus 1. Thess. 2, 18. Hoc tamen in textu ita interpretari illud *impedimentum*, contextus, & ratio status Pauli ac

§. 3. Romanorum prohibet. Quæritur 2. *An rectè Origenes illa novissima verba* v. 13. καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι *nectat cum* v. 14. *ita ut sit correspondentia illius* καθὼς v. 13. & οὕτω v. 14. hoc

sensu:

ſenſu: *Sicut debitor ſum reliqvis gentibus, Græcis, Barbaris &c. ita & Romanis?* N. Obſtat gemina particula ſc. καὶ item ἐν. Dicendum erat: καθὼς τοῖς λοιποῖς &c. non καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς. Obſtat οὕτω qvod hîc eſt concluſivum. Contrario modo nectit Syrus jungens §. 4.
illas voces v. 14. ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις cum antec v. 13. *de fructu Pauli inter gentes:* & illud ὀφειλέτης εἰμὶ univerſalitèr, & in plenâ propoſitione exprimens: דַּלְכֻל אֱנָשׁ חַיָּב אֲנָא דַּאכְרֵז i. e. *Eò qvod omni homini debitor ſim, ut prædicem.* De καὶ pro ἄλλα v. 13. conf. Act. 10, 28. 1. Theſs. 2, 18. de poſitu τὸ καθ' ἐμὲ πρόθυμον conf. Bezam prolixè in not. & illi opponatur ex v. 10. illud ἐν θελήματι Θεοῦ. Qvær. 3. *An per* ἕλληνας & βαρβάρους, *nationes, per* σοφοὺς & ἀνοήτους, *perſonæ notentur ſingulares? & qvorſum Romani?* Reſp. ad 1. affirmand. σοφοὶ erant & ἕλληνες qvidam, & qvidam inter *Barbaros:* illi tamen maxumè. Reſp. ad 2. Romani partim ἕλληνες, partim Barbari: neqve enim omnes, qvi erant Romæ, erant patriâ vel *Romani*, vel *Græci:* uti ex ſalutationibus ultimi capitis conſtat.

2. Cum vox ἕλληνος totiens ſit uſurpata §. 1.
Paulo, & qvidem nunc *Judæo*, nunc *Barbaro*

oppoſita, de illius ratione ſubjiciemus paucula. Notamus igitur 1. cum ἕλλην opponitur Judæo ut c. 1, 16. & c. 2, 9. 10. &c. per illam notatur ἡ ἀκροβυστία Gentium ſ. Gentiles, non Judæi: per hanc ἡ περιτομὴ, uti diſtingvit A-
§ 2. poſtolus c. 2, 26. 27. ſeu Judæi. 2. Eadem vox ἕλλην qvando opponitur *Barbaris*, uti fit hoc loco cap. 1, 14 propriè & πρώτως notat ipſos *Græcos*, ſapientiâ & facundiâ, cœterisq; artibus liberalibus maxumè conſpicuos, & ſic *Barbari* ſunt *omnes non Græci*, ipſi etiam *Judæi:* qvæ poſterior diſtinctio famoſa Græcis. Sic Eurip. in Iphig. Βαρβάρων δ' ἕλλησιν ἄρχειν εἰκός· ἀλλ' οὐ βαρβάροις. Ariſtoteles polit. l. 1. *ſolos Græcos* pro liberis habet hominibus: *Barbaros* pro ſervis: ἅπαντο φύσει βάρβαρον καὶ δοῦλον ὄν. Item l. 3. c. 10. δουλικώτεροι δ' ἕλλήνων οἱ βάρβαροι. Utraqve diſtinctione Apoſtolus complectitur totum genus humanum: Scilicet vel ſunt *Judæi*, vel
§. 3. ἕλληνες: vel ἕλληνες, & Βάρβαροι. Atqve hinc eſt, qvod Syrus Interpres pulcherrimè ſe ſuamq; gentem vindicaverit, dum vocem ἑλλήνων in oppoſitione τ Ιουδαίων reddidit per ארמיא i. e. *Syros, Aramæos:* uti in alterâ oppoſitione contradiſtingvit יונאי וברבראי i. e. *Græcos natione, & non Græcos.*

ἕλληνες

ἕλληνες ergò Syris *Aramæi*, *Syri*. Distinctio §. 4.
inter ἕλληνας & ἑλληνιστὰς non est *nationalis*, ita ut fuerit peculiaris *natio hellenistica*, cujus illa fuerit dialectus ἑλληνιστική: neqve tamen necessariò ἑλληνιστὴς est ἕλλην: qvia potuit & *Italus*, & *Persa*, & *Hebræus* esse Hellenista, qvi tamen non est apud Græcos ἕλλην Scilicet ἑλλὰς γλώσσης sufficit ad *Hellenistam*: licet non sit ἕλλην τὸ γένος. Illi *Hellenistæ* contradistincti *Hebræis* Act. 6, 1. nec *Hebræi* fuerunt, qvia illis contradistingvuntur: nec *Græci* τῷ γένει, qvia ἑλληνισταὶ dicuntur: non ἕλληνες. Fuerunt tamen τῇ θρησκείᾳ *Judæi*: §. 5.
de cœtero ἑλληνίζοντες vel ἑλληνιστὶ φθεγγόμενοι, seu *Græcè loqventes*: qvales illi *Libertini*, *Cyrenæi*, *cœteriq́*, *collocutores Stephani* Act. 6, 8. qvorum magna pars Judaismum sectabatur, & Synagogam Hierosolymis habebat. De *Barbaro* notavit Magnus Salmatius in *Ossileg. Hellenist. p. 305.* §. 6.
ita olim dictum Græcis, qvi *nec planè*, *nec expeditè verba pronunciabat*: *sed pingviore sono & aspero*. Adducit locum Strabonis: εἰ τις ἑλληνίζων μὴ καταρτίῃ· ἀλλ' οὕτω λέγει τὰ ὀνόματα ὡς οἱ βάρβαροι οἱ εἰσηγόμενοι εἰς τὴν ἑλληνισμὸν, οὐκ ἰσχύοντες ἀρτιστομεῖν, ὡς οὐδ' ἡμεῖς ἐν τῷ ἐκείνων διαλέκτοις. Barbarismus ergò esset ipsa κακοστομία,

βαρβαροφωνία, qvomodo Cares *Homerus* βαρβαροφώνους appellavit: unde postea omnes diversâ & non Græcâ Dialecto in totum utentes dicti sint BARBARI.

§. 1. 2. Gloriatur Apostolus alibi *in cruce Domini nostri Jesu Christi, per qvem*, inqvit, *mundus mihi crucifixus est, & ego mundo* Gal. c. 6, 14. nec aliud qvid inter Corinthios versatus *scire se* ostendit, nisi *Jesum Christum, eumq; crucifixum* 1. Cor. 2, 2. Eandem *crucis gloriam*, etsi vocabulo inferiori, nexum ponit Apostolus Exordii & Thematis, per illa verba: ὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ ἐυαγγέλιον τὸ Χριστοῦ: v. 16. ubi de Evangelii vocabulo, an signet sive *prædicationem*, sive *ipsam rem prædicatam*, frustra qværitur. Qvem *pudet Christi*, illum & *Evangelij* s. *prædicationis*: qvem non illius, illum nec hujus. Indignus est Evangelio, qvem pudet Christi: indignus est Salvatore Christo,

§. 2. qvem pudet Evangelii. Sed & inepta est qvæstio, qvàm diu stat vox τὸ Χριστοῦ. Qvid enim est dicere: *Non pudet me Christi* (crucifixi, ut rei prædicatæ) *Christi*. Sed qvi ita interpretantur in vitiis habent vocem τὸ Χριστοῦ, & simpliciter legunt: ὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ ἐυαγγέλιον. Ita Syrus: לא גיר בהרת אנא ביה באונגליון. Ita & Vulgatus: Non erubesco Evangelium. Ita & Tertullia-

Tertullianus l. 5. adv. Marcionem c 13. Legunt tamen omnes Græci, & habet illa vox autoritatem plusqvàm humanam in præsenti positu: conf. v. 1. tùm qva vocem *Servi*, tùm qvà vocem *Evangelij*.

4. Ita occasione rationis οὐκ ἐπαιχύνομαι, itur ad Thema Epistolæ & primum & primarium, qvod tale est: *Justitia, qvæ valet coram Deo, revelatur in Evangelio, non in Lege, eademq; est* (non ex Operibus Legis, sed) *ex fide in fidem, atqve adeò virtus divina salvandi omnes credentes*, est (non Legalis: sed) *Evangelica*. Additur: *Judæo primum, tùm etiam Græco*, in qvo privilegio Judæorum, prærogativam *ordinis* non *salutis* notari, rectè monitum. Porrò, uti δύναμις Θεοῦ s. *virtus salvandi credentes*, ratio ponitur illius, *non erubescentiæ Evangelicæ*: ita Evangelium, talem esse δύναμιν Θεοῦ *salvandi solos credentes*, probatur ex *apocalypsi Justitiæ* ἐκ πίστεως εἰς πίστιν v. 17. Qværitur hîc 1. Qvæ ratio illius conseqventiæ Apostolicæ: *Justitia Dei revelatur in Evangelio*. E. *Evangelium est* δύναμις εἰς σωτηρίαν v. 16. & 17. Si saltem revelat. Ergò δύναμις salvandi non competit Evangelio, nisi *doctrinalitèr, signativè, objectivè*, qvatenus scilicet ἱλαστήριον sangvinis Rom. 3, 25. proponitur in Evangelio? Resp. 1. non notatur

§. 1.

§. 2.

*revelatio abstracta* ab intrinseca *energiâ & efficacia divinâ*, sine qvâ ne qvidem est primum instans revelationis, qvippe qvæ dat πεφωτισμένους ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας Ephes. c. 1, 18. nec *revelatio Evangelica* est sine *Spiritu Sapientiæ* v. ib. v. 17. sed habet privilegium τῆς κυρίας συνεργούσης καὶ τὸν λόγον βεβαιούσης Marci ult. v. ult. 2. Ἀποκάλυψις illa est inseparabile connexum cum energiâ tùm *ipsius fidei*, tùm per hanc *Salutis*, seu illius δικαιοσύνης Θεοῦ qvam revelat, *actualis applicationis*: & adeò Evangelium ita justitiam Dei, qvæ est ἐκ πίστεως εἰς πίστιν revelat, ut simul *cor* clausum cœcitate *aperiat* Act. 16, 14. ut per intrinsecum *revelationis Spiritum illuminet* Eph 1, 17. 18. ut fidem divinam generet, ut justitiam, qvæ valet coram Deo applicet, & adeò salvet: est enim ἀληθὴς λόγος Θεοῦ, non hominum, etiam tùm, cum est λόγος ἀκοῆς παρ' ἀνθρώπων conf. 1. Thess. 2, 13. neqve revelatio illa, qvâ e. c. Evangelium Pauli revelavit Thessalonicensibus justitiam Dei, fuit sine potenti, tùm in ipso fidei principio (qvando sc. acceptarunt sermonem Pauli ὡς λόγον Θεοῦ) tùm in ejusdem statu, energiâ: unde statim additur: ὅς καὶ (νῦν) ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν τοῖς πιστεύσασι l. alleg. sed ita revelavit, ut

simul

simul esset illis credentibus δυνάμις εἰς σωτηρίαν: conf. Heb. c 4. 12. 3. Revelationis illius terminus s. correlatum qvasi est πίστωσις conf. Ephes. 1, 17. atqve adeò in actu exercito *revelatio actualis* causa est fidei, & sine divinâ energiâ ne qvidem potest concipi. Qværitur 2. An ἀποκάλυψις illa v. 17. probet saltem: *Evangelium esse potentiam Dei ad salutem:* an præcisè probet: *esse talem omni credenti*, ita ut in vocibus παντὶ τῷ πιστεύοντι sit *maxima vis & emphasis*, an utrumqve? Resp. non 1. qvia qvod ponitur ratio illius *gloriationis Evangelicæ* in v. 16. illius ratio ponitur illa *revelatio justitiæ* v. 17. at non potentia salvandi abstracta ab objecto salvando formali: sed totum illud complexum ponitur ratio illius οὐκ ἐπαισχύνομαι. E. Non 2. qvia sic magis in *objecto salvando:* qvàm *in potentia activâ salvandi* poneretur & vis argumenti, & Evangelii, & gloriationis Apostoli: undè porrò vel sequeretur, vel certè non negaretur ab Apostolo, *dari præter Evangelium aliam qvoqve* δύναμιν θεοῦ εἰς σωτηρίαν, à qvâ Objecto formali saltem discerneretur δύναμις Evangelica. Sed & sic in v. 17. illud ἐκ πίστεως εἰς πίστιν, haberet se ut formalis modificatio prædicati ἀποκαλύπτεται, non ut pars Subjecti, δικαιο- §. 3.

σωίης Θεῦ: cum tamen fides non sit ratio formalis δικαιοκρίνεως justitiæ Evangelicæ: sed, ut consideratur in decreto Evangelico, sit *objectum, revelatum:* ut consideratur in subjecto, *revelationis illius effectum & correlatum.* Utraqve ergò propositio Apostoli v. 16 & 17.
§. 4. sumenda in sensu composito: Scilicet: *Et justitia Dei revelatur in Evangelio:* & *revelatur in Evangelio, ut illa est ex fide in fidem.* E. & *Evangelium est potentia Dei ad salutem, eaq; unica: & talis non est nisi omni & soli credenti;* unde utrobiqve exacta est correspondentia tùm respectu *fidei*, tùm respectu *virtutis salvandi:* sc. illud: δικαιοσωίη Θεῦ ἐν αὐτῷ δικαιοκρίνεται respondet illi: δωάμις Θεῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν: illud autem: ἐκ πίστεως εἰς πίστιν, illi: παντὶ τῷ πιστεύοντι: Omninò
§. 5. autem illud: ἐκ πίστεως εἰς πίστιν materialitèr magis ad *subjectum*, qvàm *prædicatum* pertinet, hoc sensu: *Justitia qvæ valet coram Deo, & est ex fide in fidem, revelatur in Evangelio:* qvanqvam perinde est, sive ita reddas, sive: *Justitia qvæ valet coram Deo, revelatur in Evangelio,* qvod sc. *sit ex fide in fidem.* Nam & sic ad subjectum magis illa pertinent: ad prædicatum autem, qvatenus *modum essendi sequitur modus revelandi:* & ut res est, ita revelatur. *Justitia qvæ valet coram Deo, est ex fide.* E. & re-

velatur

velatur talis, ut qvæ sit ex fide. Qværitur 3. *Qvomodo Evangelium δύναμις?* Resp. non philosophicè, licet nullibi major sit ἀποδείξις, qvàm in Evangelio, qvippe qvæ est πνεύματος καὶ δυνάμεως 1. Cor. 2, 4. sed Theologicè & ὀργανικῶς: neqve verò saltem *doctrinaliter & signativè*, qvatenus docet τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τοῦ ἰσχύος Θεοῦ exertam in *Christo resuscitato, ad dextram Patris elevato, in caput Ecclesiæ prædestinato & constituto:* sed & *efficienter & operativè:* qvia est instrumentum potenter operans justitiam & salutem, ad qvam energiam τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τοῦ δυνάμεως Θεοῦ refert Apostolus Ephes. 1. 19. 20. 21. Patebit inde, qvare Evangelium in V. Test. עֻזְּךָ Ps. 110, 3. *Currus gloriæ*, Psal. 45, 3. 4. *Vox potentiæ* Psal. 68. זְרוֹעַ יְהוָה Esa. 53, 1. dicatur, eidemq; τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου Rom. 8, 2. opponatur conf. Gal. 3, 21. & de potentiâ armorum Evangelicorum 2. Cor. 10, 4. Qværitur 4. Qvid per σωτηρίαν in v. 16.? Resp. Id qvod seqvitur illam ἀποκάλυψιν *justitiæ imputatæ in homine credente* v. 17. ille sc. ἄφεσις *remissionis, tectionis, non imputationis peccatorum* Rom. 4, 7. 8. sicut David *declarat beatum eum hominem, cui Deus imputat justitiam absqve operibus* Psal. 32, 1. 2. Rom. 4, 6. atqve §. 6. §. 7.

adeò

adeò notatur & δικαίωσις, i. *justificatio*, ad qvam seqvitur in catenâ Apostolicâ *glorificatio* Rom. 8, 30. qvia justificati jam sunt χάριτι σεσωσμένοι Eph. 2, 8. conf. Tit. 3, 5. Syrus communi VITÆ vocabulo, & *justitiam & vitam æternam* complectitur, planè sicut eodem *vitæ* vocabulo, Propheta in hoc textu utitur.

§. 8. Porrò Evangelium non salvat *agentes:* sed *credentes:* conf. de hâc differentiâ *Evangelicæ & legalis justitiæ* Rom. 10, 4. 5. 6. incredulis qvippe est סם המות seu *odor mortis ad mortem* 2. Cor. 2, 15. Qværitur 5. Qvid per fidem? Resp. Fidei nomine in hoc argumento non ipsam *obedientiam*, uti volunt Photiniani, non *qvalitatem inhærentem & infusam*, non *simplicem* sive implicitum, sive explicitum *assensum*, qvo *divinitus promissa & revelata creduntur esse vera*, uti volunt Pontificii: sed *assensum fiducialem*, intelligimus, à qvo inseparabilis est

§. 9. *nova obedientia*. Vidit hoc ex ipsis Pontificiis Estius, qvi post allegatam *fidei justificantis definitionem* Tridentinam, notavit: Sic *Apostolum de fide loqvi in hâc Epistolâ, ut etiam fiduciam remissionis peccatorum* ac justitiæ *consequendæ includat:* Item: *Apostolum c. 3. 4. &c. nunqvam à fiduciâ, spe & bonâ voluntate fidem sejungere, sed hæc simul uno fidei nomine complecti:* ubi qvod *de spe, & bonâ voluntate placendi Deo & implendi mandata*

*mandata ejus*, addit, accipimus, in qvantum nova obedientia, in termino ad qvem inseparabilis est à verâ pœnitentiâ. Solent aliàs §. 10.
Pontificii (Maldonatus in c. 9. Matth. Becan. Man. p. 433. Becanus & alii) nobis objicere *nos triplicem habere fidem, & qvia triplicem nullam, se, qvia unam, veram*, qvia μία πίστις: sed calumnia est, nos habere *triplicem* (qvia *fidem historicam abstractam*, & *fidem miraculorum* qvà talem non dicimus esse fidem justificantem, sive ex toto sive ex parte: alia enim ratio illius est assensus, *tùm ratione principij, tùm ratione formæ*, qvi est in complexu fiduciæ ut suppositus, & alia ratio illius gradus miraculorum, qvi aliqvando fuit conspicuus in seqvelâ ad fidem justificantem, ex peculiari promissione Salvatoris Marc. 16, 17. qvàm vel *assensus*, vel *miraculorum doni abstracti*) & verum est illos habere duplicem (sc. *fidem informem & mortuam, qvæ est simplex credulitas & persvasio, qvâ revelatis à Deo mysteriis assentimur: & formatam spe, charitate, & bonâ voluntate*) & qvia duplicem nullam. Splendidè qvidem de fide papisticâ scribunt, & maxumi fidei tùm æstimatores, tùm commendatores esse volunt, *Bellarminus*, *Becanus*, qvi ipse *nostram fidem ollam fictilem, scabiosam pauperis manum*, ex concessis, uti putat, appellat in Manual. l. 1. c. 16. p. 421. Se autem, dicit, *fidem vocare* §. 11.
*basin*,

*basin, fundamentum & radicem justificationis.* Sed hæc ad populum. Aut fides illa, qvæ est *basis, fundamentum, radix justificationis* illis est informis, aut formata. Si *informis*: E. prima justificatio Pontificiorum fundatur, & radicatur *in simplici persvasione, credulitate, seu tali assensu*, qvalis est in Diabolis Jacob. 2, 19. & adeò qvoddam qvod est res mortua justificat: qvin hâc ratione fides papistica tota cadaver est, unde qvæ justificatio? Si *formata charitate* sc. & bonâ voluntate. E. Charitas est ante charitatem, bona voluntas ante bonam voluntatem: qvia & hæc ad justificationem pertinent, & harum radix illis qvoqve fides est: præterea, si per *justificationem solam infusionem justitiæ inhærentis* intelligunt, in qvantum illa contradistingvuntur *dispositionibus* præcedentibus, nihil omninò amplum fidei, ceu primæ & remotæ dispositioni qvippe qvæ considerata, ut prima & singularis dispositio informis est, sed omnia intercedentibus dispositionibus, *timori, spei, dilectioni, contritioni, bono proposito* adscribunt: atqve adeò dum solam fidem formatam basin, principium, fundamentum justificationis proclamant, non fidem, sed *dispositiones inter fidem & justificationem* extollunt. Fides papistica
§. 12. *justificans, historica, miraculorum*, idq; reduplicativè, *una fides est*, relationibus saltem distincta,

sincta, & justificat etiam qvà historica. At certè fides historica, qvæ fertur in historias à Deo revelatas, non impiis saltem: sed & Dæmonibus competit: Unde, sicut hi *ita credunt, ut tremant:* ita Pontificii ex hypothesi, sive *informis*, sive *formatæ* fidei ita credunt ut tremant, de *justitiâ, remissione peccatorum, ac beatitudine* nunqvam certi. *Nullus*, ait Becanus, *est actus fidei, qvo qvis certò persvasus sit peccata sibi esse remissa, eò qvod hic actus non versetur circa rem à Deo revelatam* p. 435. l. alleg. En tremorem, qvo nos Paulus in præsenti textu liberat per verbum ἀποκαλύπτεται, §. 13. unde tale stereoma: *Solos credentes in Jesum Christum justos esse coram Deo, & salvos, vel salvandos, revelat Evangelium:* & adeò est *res à Deo revelata.* Subsumo. *Ego credo in J. Christum.* E *me esse justum & salvandum revelat Evangelium, & adeò est res revelata*, etsi non in evidentiâ literæ: tamen necessariæ consequentiæ. Suppositâ certitudine fidei, nec antecedens, nec conclusio hîc est conditionata, ut frustra Bellarm. *ex antecedente conditionato hic non nisi conditionatum sequi* sc. E. *Ego, si credo, habeo vitam æternam*, objiciat. Seqvitur ex hypothesi *fidei formatæ* in sensu papistico, Cujus *qvà formata satis*, nulla datur *certitudo:* Unde in papisticâ Scholâ, *Omnis conclusio est conditionata, & incerta.* conf. Bellarm.

larm. l. 1. de justif. c. 8. ubi, qvàm procul absit à veræ fidei sensu Papismus, prodit Bellarminus, dum Pharisæo Luc. 18, 13. tribuit *fidem specialis benivolentiæ*: Publicano autem *carentiam illius fidei*, ut sc. obtineat, *fidem justificantem non respicere misericordiam Dei specialem*.

§. 14. Honorificentius de fide loqvitur Gulielmus Estius: *Deus*, inqvit, *in Consilio & voluntate suâ sapientissimè sic ordinavit, ut nemo post lapsum peccati restitueretur in statum justitiæ, nisi qvi credit in ipsum, & in Christum Mediatorem ac Redemtorem. Vult enim beneficium redemtionis & justificationis agnosci per fidem, ipsaqꝫ fide apprehendi. In cujus rei typum olim vulnerati morsibus serpentum non sanabantur, nisi qvi serpentem æneum, qvem Moses erexerat, oculis adspexissent Num. 21. Sic enim per Christum in cruce exaltatum nemini vitam ac salutem contingere, nisi qvi credat in ipsum, id est fidei oculis adspiciat.* Idem ad v. 16. *Evangelium virtus Dei est in salutem: sed nonnisi omni credenti*, qvia *fides, qvâ creditur Evangelio, medium est per qvod ordinavit Deus homines justitiam & salutem adipisci.* Addit, alios per πάντα τὸν πιστεύοντα intelligere *obedientialitèr credentem*, seu, *qvi habet propositum internum ea faciendi, qvæ fides monstrat facienda, ut ita fides intelligatur, non qvalislibet: sed formata bonâ & efficaci voluntate faciendi, qvod Evangelium præscribit:* in qvâ sententiâ

tentiâ Vox *formata*, & illud *obedientialitèr credere*, aliqvid monstri alunt. De cœtero: qvando: *Fidem justificare*, dicimus, nec obedientiam, nec boni propositi & voluntatis נדבות seqvelam qvippe ἀχώριστον à fide verâ excludimus in subjecto *specificativè*: sed saltem *reduplicativè & subjectivè*: nec inter fidem & justificationem διάστασιν & *mediationem dispositionum ullam* admittimus. Notetur pro conclusione v. 16. hoc argumentum: *Per qvodcunqve revelata fuit in V. T. justitia qvæ valet coram Deo, illa scilicet unica, qvæ est ex fide in fidem, illud qvoqve in V. T. fuit* δυνάμις εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι. *Evangelium* &c. E. Major v. 16. & 17. Minor ex *uno Evangelio* Roman. 1, 2. ut ingens sit blasphemia Smalcii cont. Franc disp. 6. de bon. op. fol. 187. *Justificatum aliqvem esse in V. T. fide in Mediatorem Christum, anilis est fabula*: & fol. 197. *Falsum est, Abrahamum fide in Christum præditum fuisse.* יגער יהוה בך השטן.

§. 15.

5. Qværitur 6. qvid per δικαιοσύνην Θεοῦ in v. 17. intelligendum? Resp. 1. *Illa qvæ valet coram Deo, & per qvam credens salvatur coram Deo.* conf. v. 16. c. 3, 23. 24. ac si esset δικαιοσύνη παρὰ τῷ Θεῷ Rom. c. 2, 13. vel ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ v. 20. Luc. 1, 6. qvomodo δόξα Θεοῦ est *gloria coram Deo* Rom. 3, 23. der Ruhm vor

§. 1.

GOTT. Qvæ tamen est verè Dei, vel à *Deo ordinante, acceptante, imputante, declarante* Johan. 3, 16. 1. Joh. 4, 9. 10. Roman. 3, 25. c. 8, 32. Imò dicitur ἐκ θεοῦ Philip. 3, 9. ubi Paulus suam justitiam τὴν ἐκ νόμου (conf. v. 16.) opponit *justitiæ qvæ est per fidem Jesu Christi*, & τὴν ἐκ θεοῦ δικαιοσύνην ἐπὶ τῇ πίστει, qvi nobilissimus huic locutioni est phosphorus.

§. 2. Omninò qvidem in hâc justitiâ Dei, est ἔνδειξις illius *justitiæ, qvâ Deus justus est, & fidelis in promissis* conf. Rom. 3, 26. neqve tamen illa hîc formaliter notatur Dei justitia: neqve justitia illa Dei rectè dicitur esse vel DEUS ipse, vel CHRISTUS ut Homo, vel ut DEUS respectu sc. *inhabitantis naturæ divinæ*, vel *respectu justitiæ essentialis, qvam per æternam generationem Filius accepit à Patre, & qvæ communis est Filio cum Patre & Spiritu S.* qvippe, qvæ, ut terminus ad qvem satisfactionis in Voce θεοῦ, non δικαιοσύνης notatur. Qvomodo, per insignem *hominis transsubstantiationem* & *Sanguinis CHRISTI à justificatione abstractionem*, ex locis Jer. 23, 6. c. 33, 16. 1. Corinth. 1, 30. Dan. 9, 24. 2. Pet. 1, 4. malè intellectis erravit Osiander: sed *respectu meriti, officij, satisfactionis & activæ & passivæ & omnibus* impetratæ & credentibus *imputatæ* totus

§. 3. CHRISTUS nostra est justitia. Fruſtra qværitur

ritur, *an intelligatur justitia ut est in CHRISTO, an ut in homine justificato:* qvia eadem justitia impetratur à Christo, imputatur autem per fidem justificando. Evangelium non dicitur revelare, *qvâ ratione CHRISTUS formaliter sit justus:* sed *qvâ peccator coram Deo sit justificandus*, ad qvod & reqviritur, *satisfactio & meritum à parte CHRISTI, & fides à parte justificandi:* unde & hîc δικαιοσύνη θεοῦ & infra c. 3, 24. ἀπολύτρωσις Jesu Christi, & illud ἱλαστήριον αἵματι cum *fide* copulatur, qvippe per qvam *Justitia Christi imputativè* nostra fit, atqve adeò Evangelium revelat *Christum satisfacientem & patientem* & instaurantem צדק עלמים Dan. 9, 24. ut imputabilem & imputandum *credentibus*, §. 4. & sic exiret illam δύναμιν εἰς σωτηρίαν v. 16. Patet simul ex dictis: justitiam illam, qvæ imputatur licet respectu nostri non sit legalis, nec imputatur legaliter, respectu unius Christi tamen qvatenus *Obedientiâ activâ pleniſſimè implevit Legem* esse in rigore legalem, qvippe qvi ita *nos redemit à maledicto legis, ut factus sit pro nobis maledictum* Gal. 3, 10. 13. ut ita per imputationem justitiæ Christi, *perfectiſſima illa impletio legis* simul, imputetur & adeò sit in omni credente, & qvidem in illo rigore, qvem Lex postulat, qvo sensu Apostolus

τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου i. e. *absolutissimam justitiam, qvam lex à nobis flagitat*, *impleri* dicit non qvidem *à nobis* (qvia est δικαιοσύνη ἐκ πίστεως) sed *in nobis*: qvia sc. *tota Christi obedientia, & perfectissima legis impletio* ἄνευ κατακρίματος, est *in justificato* sc *per imputationem* Rom. 8, 2. Atqve hæc *justitia valens coram Deo*, revelata in Evangelio, adeò ut hoc propter illam sit *virtus Dei ad salutem omni credenti*, est illa de qvâ inter nos & Pontificios est controversia. Nos aliam non agnoscimus qvam *operativam & passivam illam Mediatoris Christi, ut credentibus imputatam*, & fide qvasi appropriatam: Pontificii illam dicunt *infusam, & inhærentem*, qvæ ipsa per *sex dispositiones* præparetur, & *per bona opera augeatur*. Velint, nolint tamen, admittere coguntur *justitiam imputatam*. *Catholicorum sententia est*, ait Becanus, *Christum suâ passione pro nobis satisfecisse Deo Patri, & impetrasse remissionem peccatorum, & omnia dona gratiæ & justitiæ inhærentis*: & *hoc sensu passionem Christi, qvia pro nobis facta est, nobis imputari*, Hoc saltem negat, *per illam justitiam Christi, ut imputatam, nos formalitèr justos esse, & nullum locum in Scripturâ inveniri asserit, qvi dicat Christi justitiam nobis imputari*: qvi idem ad locum 1. Corinth. 1, 30. *Christum*, inqvit, *esse nostram justi-*

§. 5.

*tiam*

*tiam fatemur: Justitiam Christi esse nostram justitiam, negamus:* Ratio Becani talis: *Quo sensu dicitur Christus esse nostra justitia, eodem dicitur esse nostra Sapientia & redemtio.* At *non imputativè hoc* (qvia aliàs omnes essemus Sapientes & Redemtores) *sed effectivè.* E. *& illud.* Prior illa negatio Becani ex textu *Epistol. ad Rom. c. 4, 6.* refellitur: de posteriori loco rectiùs Bellarminus de justif. l. II. c. 10. *Dicitur Christus justitia nostra, qvoniam satisfecit Patri pro nobis, & illam satisfactionem ita nobis donat & communicat, cum nos justificat, & nostra satisfactio dici potest. Neqve est absurdum, si qvis dicat, nobis imputari Christi justitiam & merita, cum nobis donentur & applicentur ac si nos ipsi Deo Patri satisfeciissemus.* §. 6.

Benè de hâc *justitiâ, qvæ valet coram Deo,* Augustin. *l. de nat. & grat. c. 1. & 2.* Justitia Dei *non in præcepto legis qvo timor incutitur: sed in adjutorio gratiæ Christi, ad qvam solam utilitèr legis, velut pædagogi timor ducit, est constituta: qvod qvi intelligit, ipse intelligit, qvare sit Christianus. Nam si per legem justitia.* E. *gratis Christus est mortuus. Si autem non gratis est mortuus, in illo solo justificatur impius, cui credenti in eum, qvi justificat impium, deputatur fides ad justitiam. Omnes enim peccaverunt, & egent gloriâ Dei, justificati gratis per Sanguinem ejus. Qvicunqve autem non putantur pertinere ad hos omnes, qvi peccaverunt* §. 7.

perunt, & egent gloriâ Dei, profectò nullam necessitatem habent, ut fiant Christiani, quia non opus est sanis Medicus: sed ægrotantibus, unde non venit ille vocare justos: sed peccatores. Humana natura redimi ab irâ Dei justissimâ s. vindictâ, & justificari nullo modo potest, nisi per fidem & Sacramentum Sanguinis Christi.

§. 1. 6. Quæritur 7. Quorsum illud: ἐκ πίστεως εἰς πίστιν v. 17. Resp. non ad πάντα τῷ πιστεύοντι, in v. 16. uti refert Ambrosius: sed ad totum v. 16. seu *ad Evangelium*, quod est δύναμις θεοῦ εἰς σωτηρίαν: probatur ex nexu v. 16. & 17. Quæritur 8. *Quæ ratio illius* ἀποκαλύπτεται *in v. 17.* Resp. dicit Vox illa 1. mysterii ab humanis sensibus absconditi *divinam revelationem*, conf. Matth. c. 11, 25. ubi Evangelium *Sapientibus absconsum*, ἀποκαλύψαι s. *revelari parvulis*, εὐδοκία *Dei Patris* dicitur conf. c. 16, 17. 2. *Mysterij illius sub V. T. gentibus celati, Judæis sub umbris ceremonialibus involuti, clariorem & universalem in N. T. propositionem.* 3. *Justitiæ illius* sufficientissimè & actu ipso per Sanguinem JESU CHRISTI impetratæ, clarissimè revelatæ, *Catholicam* (πᾶσι, πάντα-χοῦ) *apud omnes credentes applicationem, sine discretione Judæorum & Gentilium*, salvo tamen ordine, ita sc. ut πρῶτον Ἰουδαίῳ, εἶτα Ἕλλησι

ἐπλωι conf. Act. 13, 46. c. 17, 30. c. 15, 7. 8. 9 10. atqve adeò tùm adimpletum qvod ab Eliâ prædictum c. 56, 1. קרובה ישועתי לבוא וצדקתי להגלות i. e. *prope est Salus mea* (DOMINI, vel qvæ est à DOMINO) *ut veniat, & justitia mea* (DEI) *ut reveletur.* Parallelus planè locus, qvippe in qvo conjungitur *Salus & Justitia*, planè sicut in hoc textu *Salus* v. 16. probatur ex *Iustitiâ* v. 17. & uti hic est: *Iustitia Dei*, qvæ dicitur ἀποκαλύπτεσθαι: ita planè ibi dicitur: *Iustitia IHOVAH, eademqve revelanda.* §. 2.

7. Qvær. 9. Qvæ ratio sit illius: ἐκ πίστεως εἰς πίστιν, seu *ex fide in fidem?* 1. Chrysostomus: εἰπὼν ἐκ πίστεως εἰς πίστιν, παρέπεμψε τὴν ἀναφορὰν ἐπὶ τὰς οἰκονομίας τοῦ θεοῦ, τὰς ἐν τῇ παλαιᾷ γνωμένας. Vult Chrysostomus illud: ἐκ πίστεως referri *ad Oeconomiam V. T.* illud autem εἰς πίστιν ad *Oeconomiam N. T.* ut notetur jam tùm in V. T. *& peccatores & justos, coram Deo justificatos, non nisi per fidem Iesu Christi* & adeò unus justificationis modus in V. & N. Testamento: adducit exemplum *Rahab & Abrahami* idem Chrysost. & provocat ad c. 11. *Epistolæ ad Hebræos*, ubi illud: ἐκ πίστεως prolixè exemplis explicetur. Facit hæc §. 1. sententia Chrysostomi contra Pontificiorum §. 2.

*geminam justificationem*, & *meritum de condigno*, qvod in justif. secundâ bonis operibus tribuunt Pontificii. Contra Chrysostomus utramqve qvâ & *peccator coram Deo justificatur*, & qvâ *jam justus, coram Deo talis æstimatur* à parte hominis, fidei tribuit: qvi idem qvare *Salus* v. 16 per *justitiam* explicetur v. 17. rationem dat: *qvia coram Deo nemo cum dedecore servatur* (uti e. c. servatur in terris, aliqvis *perduellis* noviſſima exempla meritus, ita ut e. c. *Ius omne ab intestato, vel ex testamento succedendi auferatur*, ut *infamia ipsis inuratur, ut ab honoribus & Sacramentis arceantur, sintq; tales, ut illis perpetuâ egestate sordentibus, mors sit supplicium, & vita solatium*: qvomodo de *filiis eorum, qvi majestatem læserunt*, habet l. *Acced. & Honor. & l. qvisqvis C. ad l. Iul. Majest.*) ne qvis inqvit, *tale aliqvid suspicetur, audito Salutis nomine addidit & Iustitiam: qvam non ex sudoribus ac laboribus asseqveris: sed à superno dono accipis, unam duntaxat ex te afferens fidem.* Ita Chrysoſt. conf. cum his Becanus: *Catholici docent, non solam fidem: sed præterea spem, timorem, dilectionem, contritionem justificare* l. 1. §. 3. c. 16. p. 424. 2. Ambroſius: *ex fide Dei promittentis, in fidem hominis promissioni credentis*, ita ut per ἐκ πίστεως, notetur *fides Dei in pacto Evangelico de solo & omni credente salvando*, qvoma-

qvomodo πίστις θεοῦ memoratur c. 3. 3. per εἰς πίστιν autem *fides hominis, cui imputatur illa justitia.* Alii, qvos inter I. & T. illud ἐκ πίστεως referunt ad subjectum, qvod est δικαιοσύνη θεοῦ; illud autem εἰς πίστιν ad prædicatum ἀποκαλύπτεται, ut sit hic sensus: δικαιοσύνη θεοῦ ἡ ἐκ πίστεως, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἀποκαλύπτεται εἰς πίστιν i. e. *Justitia Dei, qvæ est ex fide, in Evangelio revelatur, in fidem seu in fide:* scil. modum essendi, sequitur modus revelandi: in Concilio S S. Trinitatis ordinata est Justitia Mediatoris ut per fidem applicanda. E. & in Evangelio talis revelatur. 4. Sedulius: *Ex fide Judæi in fidem gentilis,* Augustinus l. 2. §. 4. qvæst. Evang. c. 39. *Ex fide verborum* (qvibus nunc credimus, qvod nondum videmus) *in fidem rerum* (qvâ in æternum, qvod nunc credimus, obtinebimus) idem: Ex *fide prædicantium in fidem credentium:* alii ex *fide præteritorum, in fidem futurorum:* alii, ac fiesset similis positus cum illo, *ex generatione in generationem,* & notaretur *fides omnium ætatum & generationum.* Interpretatio 4. classis planè §. 5. est Apostolo indigna: 1. Supponit nexum illius: ἐκ πίστεως εἰς πίστιν cum verbo ἀποκαλύπτεται: & præterea juxta illam *apocalypsis justitiæ Dei Evangelicæ non esset nisi Paradigmatica & exemplaris.* 2. Autem est *Tautologica,*

*gica*, illa enim *fides promissionis* includitur in voce θεὸς, qvando dicitur *Iustitia Dei* sc. *acceptantis, ordinantis & c. neqve Iustitia, qvâ coram Deo summi justi, est ex nuda promissione Dei fidelis: sed ex satisfactione & merito Mediatoris:*

§. 6. Interpretatio 3. videtur illud εἰς πίστιν ponere superfluum: qvis enim dubitat, *justitiam qvæ est ex fide, revelari in fide, seu ut imputandum fide:* Si autem ita reddas: *Iustitiam qvæ est* ἐκ πίστεως, *revelari*, εἰς πίστιν, *ita ut finis revelationis fides sit, seu in illum finem revelari, ut homines credant, &, qvotqvot credunt, habeant vitam æternam*, satis commoda est sententia: neqve violenta adeò esset divulsio, non magis qvàm Philem. v. 5. qvà relationem τῆς ἀγάπης, εἰς πάντας τοὺς ἁγίους & τῆς πίστεως πρὸς τὸν Κύριον ἰησοῦν; & ubi conf. Matth. 12, 5.

§. 7. Tutissimum tamen illud: ἐκ πίστεως εἰς πίστιν explicare juxta positum Psal. 144, 13. מִן־דּוֹר לְדוֹר ubi Græcus: ἐκ γενεᾶς εἰς γενεάν Psal. 84, 8. מֵחַיִל אֶל־חָיִל Græcus: ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν Vulg. *de Virtute in virtutem*, 2. Cor. 3. v. ult. ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, ita ut notetur geminatione illâ *continuitas status & perennitas*, hoc sensu: *Iustitia qvæ valet coram Deo, non saltem in illo instanti, qvo justificatur homo, contingit ex fide: sed*

*sed & homo renatus, utut operibus bonis conspicuus, non ex illis tamen sed ex solâ in IESUM CHRISTUM fide coram Deo æstimatur justus.* Non sc. *justitia illa est ex fide* ἐκ τῶν ἔργων sive ut *dispononentia, sive ut ex condigno merentia in justificatione secunda:* sed unicè ἐκ πίστεως εἰς πίστιν, qvæ interpretatio & cum conclusione, qvæ præcedit v. 6. & cum ratione, qvæ seqvitur v. 18. accuratè convenit. §. 8.

8. Uti c. 3, 21. Apostolus dicit: Justitiam qvæ valet coram Deo esse μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, ita h. l. pro medio demonstrandi Thematis primo Apostolus ponit *testimonium Prophetticum* v. 17. ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. Est illud ex Habacuc c. 2, 4. qvod ipsum insigne κειμήλιον f. מכתם propheticum ter allegatur à Paulo, semel Rom. 1, 17. Gal. 3, 11. Hebr. 10, 38. neqve est ullius momenti allegationum diversitas. In fontibus autem luculenta est consonantia: particula ב allegatur in hoc, & ad Hebr. c. 10, 3. loco, qvæ ipsa est in fontibus, ubi illud וצדיק opponitur voci אפלה *animæ timidæ*, qvæ *Deo diffidens aliunde præsidium qværit*, s. ὑπὸ ὑποστολῆς conf. illustris textus Hebr. 10, 38. qvæ proinde particula insignem qvoqve in allegatione hâc usum habet: por- §. 9.

rò,

rò, qvod Apostolus habet: ἐκ πίστεως sine pronomine, in fontibus est באמונתו, ac si esset: ἐν πίστει αὐτοῦ, cum pronomine. Sed qvà particulam, nihil hîc est diversum. Hebræus dicit בכל רבב i. e. *in toto corde*, qvod Græci reddunt: ἐξ ὅλης τῆς καρδίας: Sic illud באמונה Græci ἐκ πίστεως: omissio autem pronominis sensum non mutat.

§. 3. Apud Græcos ambigua est lectio: una: ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεώς μου ζήσεται, ac si in fontibus fuisset באמונתי. Aldina autem editio habet: ὁ δίκαιος μου ἐκ πίστεως ζήσεται. Hieron. *Iustus ex fide meâ vivet:* Vulg. *Iustus meus ex fide vivet.* Mirum est, qvod Hieron. comm. sup. Ohbakuk testimonium Prophetæ juxta 70. versionem citatam esse dicit in Epistolâ ad Romanos: lapsum memoriâ Hieronymum putat Estius, & pro Epistolâ ad Hebræos illam positam: sed hodiè nullibi ita legitur, nec olim ita in Apostolo lectum,

§. 4. facilè probatur. Qvær. hîc 1. an illud באמונתו rectè ad *subjectum*, an ad *prædicatum* referatur יהוה; eadem ratio illius ἐκ πίστεως? Habet utraqve lectio suos autores. Ad subjectum refert Beza, ut ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως sit subjectum ac si esset, ὁ ἐκ πίστεως δίκαιος ὢν ζήσεται prædicatum: *Qui ex fide*

*justus*

*justus est, vivet:* qvomodo & Cajetanus distingvit ac exponit: *Qvi ex fide justus est, is vivit vitâ salutis æternæ:* qvia Hieronymus ipse distinctionis hujus suo jam tempore meminit. Ad prædicatum Interpp. plurimi, & §. 5.
noster Lutherus: Der Gerechte wird seines Glaubens leben. Utraqve interpretatio satis intentioni Apostoli consona, maxime tamen illa qvæ id ad subjectum formaliter, ad prædicatum autem materialiter qvoqve refert, hoc sensu: *Qvi justus est coram Deo ex fide, is qvoqve ex fide vivet,* qvâ ratione correspondet accuratè themati, in qvo & *Salus* seu σωτηρία v. 16. *& justitia Dei* v. 17. *cum fide* copulatur: neqve enim sensus est: *eum qvi justus est,* §. 6.
*postea ex fide demum victurum ut præcedat justitia, sequatur vita* (qvomodo in antithesi non est illud לא ישרה ante illud אמונה: sed in illo instanti, in qvo *est Deo diffidens*, & à Deo deficiens anima, qvoqve *est depravatissima*) sed in illo instanti, *in qvo justus esse incipit, Vivere qvoqve incipit:* qvod si ergò *justus est ex fide, vivet qvoqve ex fide.* In fontibus He- §. 7.
bræis ex nexuum & distinctionum signis facilè est dubium expedire. Sufficit hic: & *Justitiam & vitam spiritualem esse* ἐν πίστει τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ Galat. 2, 20. atqve adeò qvà rem ipsam *tàm subjecto, qvàm prædicato* convenire:

idem

idem enim est principium *justitiæ & spiritualis vitæ:* neqve *Justus saltem specificativè?* sed & *reduplicativè*, ac in *sensu composito* vivit ex fide: neqve propterea duo introducuntur justi, *qvorum unus sit justus ex fide, & proinde victurus: alter, aliunde non ex fide justus, nec victurus.*

§. 8. Qværitur 2. qvare ζήσεται & יחיה in futuro tempore? Sanè Vulgatum, qvi in tempore præsenti expressit non reprehendimus: uti enim futurum non excludit præsens; ita nec contra præsens futurum. Sensus ergò est: *Et vivit & vivet* atqve adeò potentissimè hoc ζήσεται probat: *Justitiam qvæ valet coram Deo, non saltem esse ἐκ πίστεως:* sed & *εἰς πίστιν*, qvod erat Thema Apostoli: conf. sup. §. 4. qvæst. 9. circa fin. Apud Hebræos תמידית הפעל s. *continuitatem operis instantis*, nunc præteritis, nunc futuris exprimi, vel ex 1. & 2. versibus Psalm. 1. & 2. constare poterit. Sic hoc loco notatur תמידית חיים s. *perpetuitas spiritualis vitæ ἐκ πίστεως.*

§. 9. Notetur saltem in hoc aureo dicto complexus sanctissimi Trifolii, sc. *fidei, justitiæ, vitæ*, ut adeò tot hic sint mysteria & pondera, qvot verba, qvæ qvàm potens fulmen ac tonitru fuerint Luthero nostro legatur apud D. Mylium præfat. Ep. ad Roman. Qværitur 3. *An Paulus adduceat textum Prophetæ in sensu literali, an mystico,*

*& ex-*

& extensivo? Resp. Affirm. 1. in textu prophetico est *fides promissionis*, seu *salutis promissæ per Christum Mediatorem*: unde de *Messiâ venturo* rectè intelligit Ecclesia illud בא יבוא ולא יאחר Ohbacuc 2, 3. Porrò illud באמונתו in *classe justi* reflectitur ad *promissionem de venturo*: atqve adeò sensus literalis est *de fide in promissum Messiam justificante*.

9. Pro clausulâ Thematis addimus examen breve Elenchi Emseriani, qvo ante seculum Lutheri nostri in hanc Epistolam commentariolis insultavit impudens antagonista: Juvat n., secularia etiam, hoc anno, qvo seculum explet, *Pax religionis* data Luthero, & *Augustanæ Confessioni*, revocare. Notat 1. *Epistolam hanc, si clara, nullo: si obscura, Lutheri commentario non indigere.* Resp. Claritas Scripturæ non excludit exegesin. *Lutherum à teneris Dæmoniacum* mentitus est *tenebrarum filius.* Origenem laudavit, qvem tot hæresium Autorem, dudum Ecclesia reum egit. 2. *Dictum à Luthero: Legem non esse doctrinam de emittendis vel faciendis.* Calumnia. *Externa actione legem non absolvi*, scripsit Lutherus: Da mandem Gesetz mit Wercken genug thut/ ob schon das Hertz nicht dabey ist/ GOttes Gesetz fodert des Hertzen Grund. Qvid contra hunc arietem, aries? 3. *Omnem hominem mendacem.*

Exponit,

Opponit, *Iobum, Davidem, Abrahamum.* Resp. Procul abest à sensu Spiritûs, qvi per Spiritum, *rationem:* per carnem, ipsam intelligit *sensualitatem*, ita ut in ipso Christo fuerit *caro infirma, Spiritus spontaneus*, uti in h. l. explicat Emserus, prodens, qvantus fuerit Antagonista Lutheri. 4. *Legem esse impossibilem.* Resp. vid. Rom 8,2. Ab impossibilitate observationis ad finem nonnisi damnationis non v. c. 5. *Paulum Iudæos omnes arguere peccatores.* Resp. Includuntur omninò in illo: πάντες ἥμαρτον Rom, 3,23. 6. *Fidem inseparabilem à charitate:* Objicit 1. Cor. 13, 2. Resp. Hypothetica non est argumentativa absolutè. 2. Datur fides, qvâ idem & *credit*, & *tremit* Jacob. 2,19. 7. *Peccatum non radicari in actu voluntatis.* Opponit: *Omne voluntarium.* Resp. Conced. per naturale non repugnantiam & actu 1. 8. *Non est illa vera fides, audire Evangelium & dicere: credo.* Opponit: *Hos esse contra Paulum Rom. 10.* Resp. Fides illa non absolvitur lingvâ: sed corde, qvo creditur adjustitiam. 9. *Totus homo animalis corruptus, imò etiam restitutus, qvà animalis, caro est.* Opponit Emserus: *Anima non nascitur ex carne: sed infunditur: non est caro: benè tamen fit caro, ubi fieri potest Spiritus 1. Thess 5.* Patet inde in qvibus tenebris fuerint primi Lutheri causæ adversarii.

# CONFIRMATIO I. PAULINI THEMATIS,
## à Cap. I. v. 18. Epist. ad Rom.

### Thesis I.

ENthymema tale fuit: *Justus ex fide vivet*, dicente Scripturâ Propheticâ: Ergò *Justitia quæ valet coram Deo & revelatur in Evangelio*, est ἐκ πίστεως εἰς πίστιν. Sed vis illationis non tàm manifesta est, nisi observetur vox ζήσεται, sc. non dicit Apostolus, *vivit*, sed *vivet*, ut hac ratione medium illud evidenter & perfectè probet præcedentem conclusionem. Estq; jàm argumentum tale: *Si justus non tantum incipit vivere: sed & vivet* ἐκ πίστεως i. e. *ex fide*, necessariò sequetur, qvod justitia Dei in Evangelio revelata, sit ἐκ πίστεως εἰς πίστιν: Sed verum prius, E. & posterius. §. 1.

Atqve sic verbum ζήσεται superiorem loci hujus explicationem egregiè confirmat. §. 2.

In Articulo Justificationis, adeòq; in locis Apostolicis, qvi tractant de illo, *Justitia Dei* ut maximè idem est qvod *Justitia qvæ valet coram Deo*, ne qvis de *essentiali ipsius Dei justitia in sanctis habitante* cum Osiandro & fanaticis talia interpretetur loca. *Justitia* a. in articulo Justificationis non est nisi *imputata*,

vel ipsius Christi Justitia, sed qvæ nostra fit per imputationem. Atqve hæc imputatio Justitiæ Christi, & non imputatio s. remissio peccatorum nostrorum, est actus justificationis ratio formalis.

§. 1. 2. Propositio & status hujus disputationis est: *Solâ fide, qvæ imputatur nobis pro justitia, nos justificari, illamq; justitiam non in lege naturæ; non in lege Mosaica; sed in solo Evangelio* (alia autem ratio est, qvando Evangelium *lex illa perfecta libertatis* appellatur Jacob. 1, 25. neqve enim *hæc lex libertatis* in articulo justificationis & salvationis opera: sed solùm προσανύψαι illud, s. *intuitum fidei apprehendentis*, requirit, qvæ tota πίστις est relativa & intuitiva, qvomodo in *exaltati Serpentis* typo intuitus & fides comparantur. Confer. Joh. 6, 29. c. 8, 36.) manifestari. Qvem statum Apostolus illustrat per oppositionem falsi justificationis modi; idq; tali illatione: *Gentes peccaverunt qvanqvam habuerunt legem naturæ*, qvod probat cap. 1. à v. 18. *Judæi peccaverunt, qvanqvam habuerunt legem Scripturæ*: E. omnes homines peccaverunt, adeoq; *Justitia qvæ valet coram Deo*, non est ex lege, sed *ex fide in Christum*. Ita igitur Paulus declaraturus justitiam non esse nisi per fidem Christi, prius totum mundum redarguit peccatorum, & primò

§. 2.

mò qvidem invehitur in publica gentilium vitia, post in Pharisaica & occulta Judæorum peccata; adeoq; Evangelium 1. totum orbem injustitiæ accusat. 2. Justitiam Christi peccatoribus & in Christum credentibus demonstrat.

3. Igitur *gentes fuisse sub peccato*, adeoq; §. 1.
*nec illos justificari ex lege naturæ*, probat in v. 18. tali argumento: *Super qvoscunqve manifestatur ira Dei de cœlis, illi gravissimi sunt peccatores* &c. At *super gentes manifestatur ira Dei de cœlis.* E. Minorem illustrat explicatione & specificatione causæ *manifestatæ super illos iræ divinæ.* Ratio autem est, qvia fuerunt detinentes vel κατέχοντες τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ καὶ ἀσεβείᾳ, i. e. Veritatem in injustitia & impietate qvasi supprimentes. Q. qvid in- §. 2.
telligat Apostolus per τὴν ἀλήθειαν? Resp. Notitias de Deo naturales, qvas etiam post lapsum superesse, imò in corruptissimis hominibus bonas esse, dubium nullum est, & ex hoc loco evidenter probatur: Ut ita per naturam non detur Atheismus. Qvicqvid veritas est, qvicqvid est τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, imò qvicqvid *ipse Deus gentilibus manifestavit*, id omninò bonum esse necessum est. Atqvi notitiæ illæ naturales etiam in illis gentibus qvæ *illas detinuerunt in injustitia & impietate* sunt

veritas, sunt γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, qvod ipse Deus illis manifestavit. Ergò notitiæ naturales etiam in corruptis & improbis hominibus
§. 3. bonæ sunt, qvia à Deo sunt. Notitiæ autem naturales sunt vel *Principia*, illaq; vel *Theoretica* vel *Practica*; vel sunt Conclusiones ex illis principiis. Atqve his principiis & conclusionibus tota innititur Philosophia, qvæ partim constat ex illis principiis, partim illis innititur fundamentis, adeoq; qvod de notitiis naturalibus, earumq; bonitate, etiam in Ethnicis infidelibus, dictum est, idem qvoqve eodem modo demonstrari potest ex hoc loco de Philosophia, sc. *illam in sua natura vel respectu essentiæ* seu *abstractè consideratam esse bonam, esse Dei veritatem, ab ipso Deo manifestatam, illam proinde nunqvam errare, nunqvam fidei repugnare, utut erret Philosophus in illius applicatione*.
§. 4. Qvæst. qvid intelligat Apostolus per ἀδικίαν? Resp. Sicut per ἀσέβειαν notantur peccata primæ; ita per ἀδικίαν peccata secundæ legis tabulæ opposita, qvorum catalogum recenset Apostolus à v. 29. adusqve finem capitis. Poterat objici: *Gentiles legem Dei non habuerunt*. Resp. Omninò fuerunt imbuti notitiâ Dei: qvia etsi non perfectam γνῶσιν, tamen manifestatum habuerunt τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ. Qvod enim in Ethnicis vel gentilibus

libus fuerit talis notitia naturalis de Deo vel qvod fuerit in illis ἡ ἀλήθεια, qvam meminit inv. 18. id probat vehementer per διότι in v. 19. tali argumento: Qvibuscunqve *manifestatum est* τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, i. e. *id qvod de Deo cognosci potest*, illi habent in cordibus sc. scriptam veritatem s. veram de Deo cognitionem, nec prætendere possunt illius carentiam, etiamsi illam detineant in injustitia, atqve adeò penitus sunt inexcusabiles. Atqvi in Gentibus manifestum est τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, E. Minorem, probat in eodem vers. à causa efficiente principali hujus manifestationis: *Deus*, inqvit, *illis manifestavit*, sc. per naturales notitias: Cujus nexus causalis signum est particula γάρ. Hanc rationem porrò Apostolus probat aliâ ratione, qvæ est in v. 20. eaq; planè illustris, qvam similiter designat particula causalis γάρ: sc. naturalis notitia colligitur (1) Ex vestigiis illis divinitatis omnium hominum mentibus insitis, qvæ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, item *opus legis inscriptum cordibus*, item *veritatem & justitiam Dei* hic vocat Apostol⁹. (2) Ex operib⁹ externis *monstrantibus opificem*, qvomodo Apostolus ignotum Deum Athenienſibus fecit γνωστὸν ex hoc argumento in Actis cap. 17. v. 24. 25 26. 27. 28. 29. &c. Qvò pertinet egregium dictum Dionisii l. 3. §. 5

de mystica Theologia, de triplici via qvâ venitur à rebus creatis ad Dei notitiam, sc. 1. viâ eminentiæ. 2. Negationis. 3. Causalitatis.

§. 1. 4. Sic per viam causalitatis in hoc v. 20. procedit Apostolus, probaturus in Gentibus esse γνωστὸν τ῀ Θε῀. Deum hoc ipsis manifestasse. Medium assumit viam causalitatis, *qvia*, inqvit, *invisibilia Dei jam inde à creatione mundi ex operibus cognoscuntur*. Ubi notetur 1. per *invisibilia Dei* intelligi *ipsum Deum invisibilem*, vel ut Apostolus statim explicat, *æternam ejus potentiam & divinitatem*. Lutherus rectè: **Das unsichtbare Wesen GOttes.** 2. Invisibilia Dei conspiciuntur qvidem jam inde à creato mundo ex creaturis; sed ut signanter addit Apostolus, τοῖς ποιήμασι sc. τ῀ ἀόρατα τ῀ Θε῀. i. e. *Si invisibilia Dei in creaturis* vel *ex creaturis mente observentur*. Germ. **Wenn man dasselbe warnimpt bey dem Geschöpffe.** In Creaturis enim dicente Apostolo Act. 17, 27 &c. palpabilis est Deus.

§. 2. Objectum τ῀ γνωστ῀ sunt τ῀ ἀόρατα. Principium materiale γνώσεως est κτίσις, s. τ῀ ποιήματα κόσμου. Principium formale est νόησις. Habent hoc γνωστὸν Θε῀ etiam Christiani: Sed hinc ipsorum saluti non consulitur: qvin illud γνωστὸν Θε῀ Gentilium, à proprio γνωστῷ Θε῀ Christianorum totâ formâ

mâ ac genere discrepat: illud est commune νοητὸν: Hoc totum est πᾶν. Illius finis non est nisi ἀναπολογήτους reddere illos per excæcationem speculativè & practicè Atheos. Quisquis sc. ex Gentilibus, tenuem illam de Deo notitiam non futurus fuisset κατέχων ἐν ἀδικίᾳ: Sed cultu illam æqvasset, is in tantum esset excusabilis, nec dedignatus illum esset Deus excellentioris speciei gratiæ gradibus & incrementis.

5. Est ergò in hoc loco sedes doctrinalis §. 1.
*de notitia naturali & lumine naturæ, qvod omnium hominum mentibus naturaliter est insitum, & colligitur* partim *ex operibus divinis*, partim *ex aliis divinitatis vestigiis in tota rerum natura sparsis*, cum qvo loco si conferatur Act. 14, 15. & c. 17. à v. 22. ultra 30. &c. nihil hic desiderare licebit. De cætero rectè notatum à magno Chemnitio hanc ipsam de Deo notitiam abstractè consideratam, & si non perficiatur à cognitione revelata, esse vel nullam: *qvia nihil novit de remissione peccatorum gratuita*: vel imperfectam: *qvia tantum gaudet exterioris legis aliqva particula*: vel langvidam: *ob assensum langvidum & dubitationibus gravissimis sæpè permixtum.* Habuerunt qvidem aliqvando pulchros λογισμοὺς de Deo, de animæ immortalitate: Sed mox iterum

omnes illi dialogiſmi in vanitatem abierunt, imò in mente ipſorum pro σωτέρᾳ merum σκότος exortum eſt: E. c. Dialogiſmi Socratis de Deo & animæ immortalitate ſunt pulchri: At σκότος eſt, qvod moriturus juſſerit Æſculapio gallum gallinacium offerri. Sic Cicero, ſic Ariſtoteles, qvibus omnibus convenit id qvod v. 21. & 22. dicitur, ἐσκοτίσθη, ἡ ἀσυνέτος αὐτῶν καρδία. Item φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν. Qva de re pulcherrimum extat exemplum in 1. Tuſcul. ubi Cicero *diſputans de immortalitate animæ, dicit ad Antonium: Evolve diligenter librum Platonis qvi eſt de anima, amplius qvid deſideres nihil erit. Feci, me Hercule*, inqvit Antonius, *& qvidem ſæpiùs: ſed neſcio qvomodo dum lego, aſſentior, dum poſui librum, & mecum ipſe de immortalitate animarum cogitare cœpi, omnis illa aſſertio elabitur.* Vid. Chemnitium in L. C. cap. 1. de Deo. Ad gratiam ſc. vel gloriam per ſolam notitiam naturalem nemo unqvam pervenit.

§. 1. 6. Cognitio Dei vel reſpicit Dei exiſtentiam, vel voluntatem, vel operationem: Vel cognoſcitur Deus tum ratione ſui eſſe, tum ratione ſui velle, tum ratione ſui operari. Eſſe Dei vel reſpicit Eſſentiæ unitatem, qvam qvalitercunqve ſcire potuerunt Ethnici ex

naturæ

naturæ lumine (at Deum esse Essentiâ unum solum. & qvidem ita, ut pluralitas attributorum non repugnet unitati essentiæ, nec attributa sint accidentia: sed ipsa essentia, ex abstracto naturæ & conscientiæ libro non scitur: sed ex Scripturarum revelatione creditur) vel personarum Trinitatem, qvam nec sciverunt, nec scire potuerunt. Sic voluntas Dei vel est Legalis vel Evangelica; Illa ostendit, qvid Deus fieri velit à nobis: Hæc ostendit, qvid Deus fieri velit de nobis vel de nostra salute. Prius ex notitiis naturalibus confusè sciverunt, posterius ignorarunt. Operatio Dei vel est ad intra, eaq; fundamentum distinctionis personæ à persona, qvam planè ignorat naturalis notitia; vel est externa, eaq; vel in art. fid. 1. ut creatio, conservatio, gubernatio, vel in art. 2. & 3. ut hominum redemptio, sanctificatio, regeneratio per verbum & Sacramenta: Hæc planè ignorat natura, illam nosse imperfectè potest. Ita, etsi Deus se non reliqvit ἀμάρτυρον, Actor. 14, 17. Job. 12, 7. revera tamen mysterium SS. Trinit. Evangelium de Christo omneq; dogma fidei est naturæ ἄγνωστον. §. 2.

7. Sed & de notitia naturali sciri debet, qvod finis ejus ex intentione Dei, & ex intrinsecâ facultate non sit nisi (1) externæ disci-

plinæ in genere humano conservatio. (2) Accuratior Dei inqvisitio, vel ut Paulus Act. 17, 27. Ζητεῖν τ̀ Κύριον Germ. Den HErrn weiter zu suchen. (3) Hominum inexcusabilitas, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸς ἀναπολογήτους: Ut ita qvicunqve est Atheus, talis sit non ex habitu naturæ: sed ex affectu malitiæ.

§. 1. 8. Propositio illa qvod Gentes habuerint notitiam de Deo naturalem, probavit vers. 19. & 20. nunc qvomodo illam de Deo notitiam horrendum in modum obscurarint, docet à vers. 22. ubi notetur particula διότι, qvæ respicit vers. 19 & 20. sc. qvod Ethnici fuerint γνόντες τ̀ θεὸν. Peccatum autem omnium gravissimum primo loco ponitur horrenda gentilium idololatria πλυθεία à v. 21 adusqve 26. Qvær. hic, qvomodo gloria incor-

§. 2. ruptibilis Dei objectum ponatur mutationis idololatricæ? Resp. mutatio in actu idololatrico à falsitate conceptus est: non in Deo respectu esse realis: nec cognoscibilis: sed cogniti idololatrici. 1. Cor. 8, 4. 5. 6. Tum igitur gloria Dei mutatur cum ad creaturas vel idola applicatur: vel cum ἡ κτίσις colitur παρὰ τ̀ κτίσαντα, *qui est Deus benedictus in secula Amen*, dicente Apostolo v. 25. Est autem hæc λέξις Ebræorum: apud qvos toties

ties dicitur de populo Israel illud הֵמִיר כְּבוֹד הָ׳ Vid. Jer. 2, 11. Psal. 106, 20. Ex qvibus locis hujus facti s. peccati & qvalitas & gravitas constabit. Tale enim peccatum dicitur id esse in loco Jerem. **daß sich der Himmel möchte dafür entsetzen** &c. Alterum Ethnicorum peccatum est stupenda & magis etiam qvam barbara vitæ impuritas, e. g. horrendæ & contranaturales libidines incestus &c. in v. 26. & 27. 2. Injustitia & complexus ille deformis vitiorum & scelerum, qvi sistitur à v. 29. adusqve finem capitis. §. 3.

9. Talio est: *Gentiles contaminaverunt gloriam Dei. E. ipsi qvoqve pollutionibus horrendis sunt traditi.* Notetur nexus causalis v. 26. & seq. cum præcedentibus, cujus signum est illud: διὰ τοῦτο, i. e. propter istud vel propterea. Non negatur qvod qvædam E. g. ὅπως, ἵνα, ὅτι, γὰρ, interdum sumantur purè ἐκβατικῶς non αἰτιολογικῶς, E. g. Matth. 2, 23. c. 13. v. 35. item cap. 25. v. 35. c. 27. v. 35. Marc. 14. v. 49. Luc. 7, 47. Joh. 9, 39. c. 13. v. 18. c. 18. v. 9. & 32 Rom. 11, 30. Johan. 12, 39. ubi dicitur διὰ τοῦτο, i. e. propterea non potuerunt credere, qvia prædixit Esaias: ut ex tam arduo loco minus probari possit illam prædictionem Prophetæ causam fuisse impos- §. 1.

sibilitatis

§. 2. sibilitatis fidei. In hoc autem loco particula διὸ τοῦτο habet se qvidem *consecutivè eventualiter*: sed tamen ita, ut supponatur *causalitas præcedentis propositionis*, sc. qvia *Gentes tam abominabiles fuerunt idololatræ, detinentes veritatem in injustitia, gloriam incorruptibilis Dei vendicantes corruptibilibus creaturis, adeoq; adorantes creaturam pro creatore; propterea Deus ut Judex tradidit illos in passiones.* Qvid intelligatur per πάθη ἀτιμίας in v. 26. id explicat versus in membro secundo ut & v. 27. sc. horrendæ & infandæ gentium libidines. Ex observatione autem vocum διὸ τοῦτο in hoc loco patet, qvod causa inexcusabilitatis horrendorum peccatorum & damnationis Gentium non sit absoluta qvædam & arcana Dei voluntas, sed uno verbo affectata incredulitas, cujus causa est notitiarum naturalium s. veritatis Dei obscuratio & suppressio. 2. Idololatria & gloriæ Dei contumax ad idola appropriatio.

§. 1. 8. Qvod ergò Deus dicitur tradere Gentes in illas passiones ἀτιμίας, id non concipiendum est fieri per absentis hactenus immunditiei indationem & causalitatem: sed per judiciariam & justissimam derelictionem, qvâ œstris libidinum, qvibus toti intus flagrant, justo Dei judicio relinqvuntur, ut ita

qvi

qvi noluntrunt νοεῖν τὰ ἀόρατα conf. supra v. 20. tradantur in ἀδόκιμον νοῦν conf. v. 24. & 25. Illa ergò *traditio* non est, extraordinaria §. 2.
non illuminatio, vel non emollitio abstracta ab omni actione positivâ: Sed non emollitio cum actu pœnali judiciario, â Deo sc. *Ut justo judice justum supplicium infligente*, & fornicationem idololatricam libidinibus, qvarum fons, mens reproba, puniente, qvas fornicationes & portentosissimas Gentilium libidines sub titulo pœnali explicat v. 26. ostendens illos fuisse βιαστὰς τῆς φύσεως & infra בהמות seu bestias, ut ita essent τὴν ἀντιμισθίαν τῆς πλάνης ἐν ἑαυτοῖς λαμβάνοντες, seu *mercedem quæ debebatur errori* (idololatriæ sc. qvo coluerunt τὴν κτίσιν παρὰ τὸν κτίσαντα conf. v. 25.) *in seipsis recipientes*. Benè ad v. 21. & seq. §. 3.
Augustinus: Obscuratio ista *pœna jam fuit, & tamen per hanc pœnam, i. e. per cordis cæcitatem, quæ fit, deserente luce sapientiæ in plura & gravia peccata collapsi sunt*: Signum illius pœnæ ponit mutationem Dei incorruptibilis, & illa qvæ seqvuntur à v. 26. vocat *peccata pœnalia. Ecce*, inqvit, *qvotiens vindicat Deus, & ex eadem vindicta plura & graviora peccata consurgunt* &c. Notetur 1. Creator & creatura sunt in cultu inconsistibili. Idololatria est si colatur ullo modo ἡ κτίσις παρὰ τὸν κτίσαντα.

2. Deus

2. Deus in impiorum peccatis se habet non saltem permissivè: sed & objectivè, negativè, privativè (gratiam subtrahendo, ampliorem gradum gratiæ denegando, ita ut ad objecta gloriosa e. c. miracula Dei in Ægypto magis atqve magis indurentur σκληροτράχηλοι)
§. 4. directivè finaliter. Sic induratio nunc consideratur ut peccatum, nunc ut causa aliorum peccatorum, nunc ut peccati pœna. Prioribus modis est permissio: posteriori est omninò actio à parte Dei. 3. Sanctitas Pontificum & Romanæ Ecclesiæ. Sixtus IV. Sodomiæ usum aliqvibus, qvos vulgatæ scortationis tædium conceperat, indulsit. Joh. de Cas. Archiep. Benev. in laudem Sodomiæ librum scripsit, flagitium & artem divinam appellavit, & hi sunt sanctissimi, & illi infallibiles fidei judices.

11. Per δικαίωμα τοῦ θεοῦ intelligit id qvod Deus legaliter ab homine reqvirit, ut ita *jus naturæ* seu gentium & revelet τὴν ἀλήθειαν τοῦ θεοῦ, qvod respicit Dei esse, conf. v. 18. & 25. & τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ, qvod respicit Dei velle legale. Hoc gentes scivisse tùm θετικῶς, tùm ἀντιθετικῶς probat Apostolus v. ult. c. 1. qvem malâ fide transtulit Vulgatus, pejori contra Chemnitium defendit l. 2. de Verbo Dei, Bellarminus.

12. Capite secundo ad Judæos transit Apostolus, etiam his laudem justitiæ operum abrogaturus. De Judæis agi à v. 17. adusqve finem capitis, in confesso est, ex expressa apostropha: ἴδε σὺ Ἰουδαῖος &c. An autem in prioribus sedecim versibus agatur de iisdem, an verò de gentibus, dubitatum aliqvando fuit. Non de Judæis agi probamus 1. ab argumenti antecedentis, & seqventis illum versum 17. identitate. Argumentum illud est: Sciens legem, docens legem, ex lege judicans, nec tamen legem faciens, non habet justitiam operum legalem, & proinde à lege potius damnatur qvam justificatur. Probamus 2. ex elencho supercilii critici, qvod magis convenit in Judæos censores v. 1. 3. Ex novissimi Judicii comminatione, v. 5. qvod argumentum Judæis magis qvam gentibus convenit. Conclusio hypothetica est: In causa justitiæ eadem est ratio Judæorum & Gentilium. Ratio: qvia Judæus, etsi sub lege, eadem designat peccata qvæ Gentilis sine lege extrinseca: Item à προσωποληψία divina. Nexus capitis primi cum secundo, ex v. ult. cap. primi, & primo cap. secundi constat. Ibi damnantur jus scientes: hic præter scientiam ipsi doctores: Utrobiqve scelera approbantes & committentes.

13. In-

13. Inexcusabilem esse talem Doctorem, probat 1. ex identitate condemnationis, juxta identitatem operis, sc. talis docens vel judicans, eadem perpetrans, condemnat seipsum, & incurrit Dei judicium, qvippe qvod est juxta veritatem super omnes τὰ τοιαῦτα πράσσοντας: atqve adeò etiam super illos κρίνοντας, ut ita judicium Dei opponatur judicio mundi, conferatur v. 1.

14. Huic responsioni primæ subjicit elenchum qvorundam λογισμῶν, sc. 1. Deum esse Patrem Abrahami seminis. Ergò ad judicium Dei non coguntur exhorrescere Judæi. 2, In exhaustum esse thesaurum longanimitatis, patientiæ & misericordiæ Dei v. 4. Resp. Apostolus: Contemtores divitiarum misericordiæ & longanimitatis divinæ frustra gloriantur de privilegio: & qvia tales sunt, frustra provocant ad thesaurum χρηστότητος, ἀνοχῆς & μακροθυμίας Dei.

15. Finis τῆς χρηστότητος, καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ μακροθυμίας à parte Dei, per se & ex intentione Dei ponitur inductivum pœnitentiæ, v. 4. At ex accidente, ex hypothesi corruptionis, non cujuslibet: sed conjunctæ cum indurationè & impœnitentiâ finali, ponitur *thesaurus iræ*, vel potius θησαυρισμὸς ὀργῆς, qvi ipse θησαυρισμὸς respectu plenissimæ

ſimæ manifeſtationis alligatur, ad *diem iræ, glorioſæ revelationis, & juſti judicij Dei*: Qva occaſione Apoſtolus proceſſum deſcribit noviſſimi judicii, *in qvo* ſc. *Deus dabit unicuiqve ſecundum opera ſua.* Notetur hic 1. inſignis §. 2.
oppoſitio inter θησαυρὸν τῆς χρηστότητος, ſive *divinæ patientiæ, lenitatis & longanimitatis*, & inter illum θησαυρὸν ὀργῆς, ſ. *theſaurum iræ.* Ille eſt theſaurus maximorum beneficiorum, hic eſt theſaurus infinitorum ſuppliciorum: Unde *theſauro iræ* ſtatim *diem iræ, & noviſſimi judicij rigoroſi* adjicit Apoſtolus.
Notetur 2. inſigne exemplum, voluntatis §. 3.
Dei, reſpectu diſtinctorum objectorum, in qvæ fertur, diſtinctæ in antecedentem & conſeqventem. Voluntate antecedente, ſeriò vult, ut omnes ſalvi fiant, & ad agnitionem veritatis perveniant, imò finis χρηστότητος, & *longanimis tolerantiæ*, etiam reſpectu *vaſorum iræ*, ex intentione Dei, eſt illorum pœnitentia: At voluntate conſeqvente qvæ fertur in homines, qvatenus conſiderantur vel ſub finali fide, vel ſub finali impœnitentia & obduratione, vult, ut qvi pro *theſauro iræ*, fuerunt θησαυρίζοντες ὀργὴν, æternùm damnentur, & ut *in die juſti judicij*, audiant vocem tremendam: Ite maledicti in ignem æternum. Conferatur illuſtre exemplum Luc. 13.

v. 6. 7. in parabola de ficu, qvam idem ἀμπελουργὸς & voluit non eradicari, & suppositâ conditione finalis sterilitatis, voluit
§. 4. eradicari. Notetur finis *longanimitatis & tolerantiæ* erga ficum. Notetur item, tolerantiam illam non esse saltem passivam: sed vehementer activam, operativam, energeticam uti illius ampelurgi erga ficum, ita Dei erga hominem. Conf. de hoc argumento prolixius Rom. 9. v. 22. 23. Item 1. Tim. 2. v. 4. item, 2. Pet. 3. v. 9.

§. 1. 16. Notetur II. σκληρότης illa & ἀμετανόητος καρδία, non dicit saltem resistentiam qvamlibet, etiam morosam reluctantiam: sed illa suppositâ, resistentiam affectatam, cum cõtradictione & blasphemia etiam aliqvando conjunctam, qvalis fuit illa in Actis c. 13. v. 45. Conf. Act. 7, 51. Notetur III. insignis descriptio *adventus Jesu Christi secundi & omnium dierum diei novissimi*, qvi dicitur (1) respectu iræ Dei plenissime revelandæ, super omnes finaliter impœnitentes, *dies iræ* (2) Respectu gloriosæ revelationis filii hominis in nubibus cum majestate & gloria multa, item respectu plenissimæ apparitionis gloriæ filiorum Dei, *dies* ἀποκαλύψεως. (3) Respectu Judicii attributionis, *dies* δικαιοκρισίας τοῦ θεοῦ. Conferatur de titulo primo & tertio textus

2. Thess. 1.

2. Thess. 1. v. 5 7. 9. 10. de titulo secundo, Matth. 24. v. 30. 31. item, c. 25, v. 31. Marc. 13, 26. Luc. 21. v. 27. Rom. 8. v 19. 1. Joh. 3, 2. De titulo tertio conferatur præter textus Matt. 12. v. 36. Eccles c. ult. v. ult. locus insignis 1. Cor. 4. v. 5. ubi benè notentur objecta illius judicii, item actus expressus per φωτισμὸν & φανέρωσιν; item verum veræ laudis principium, in illo demum judicio revelandum.

Notetur IV. dicitur vulgò: bonis benè: malis malè fore, qvod ipsum intelligendum est cum exceptione benignitatis divinæ, ut sc. si sint sanabiles, mali esse desinant, ut, si permaneant sui similes, sint inexcusabiles. §. 2.

Notetur V. dari gradus uti impietatis, ita & pœnarum: Unde illi contemtores ἐν πλήθει & per violentum obicem, excutientes, intentum à *patientia & tolerantia divina* finem, majores gravioresq; pœnas sunt laturi, ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως Conf. Luc. 12. v. 48. & Matt. 11. v. 20. 21. 22. 23. §. 3.

Notetur VI. dari tàm *thesauros iræ*, qvàm *thesauros gratiæ*. Item, peccata hominum obsignari dicuntur in *thesauris Dei*, qvando reservantur justo judicio & tremendo supplicio. Conf. illustris textus Deut. 32. v. 34. & notetur exinde, & ex vi hebraismi, qvo peccata dicuntur obsignari Dan. 9. v. 24. prævalere lectum קְרִי qvod est לְהָתֵם præ

scripto, qvod est לְחַתֵּם Conciliatio tamen utriusqve, ex textu dari potest sc. respectu illius יכרת משיח v. 26. Respectu enim Christi, rigorosissima fuit punitio, in qvem (ut sc cum impetu, velut agmine facto in illum irruerent, confer. Esa. 53. v. 5 Rom. 15, 3.) reservabantur omnia peccata mundi, velut agnum Dei portaturum peccata mundi.

§. 1. 17. Notamus porrò VII. nullam esse consequentiam in hac illatione: *Deus in novissimo judicio reddet unicuique secundùm opera*, E. *per opera ut causam meritoriam justificamur*: Qvod consequens repugnat διὰ πάντων toti scopo Apostoli, qvi est *operibus nostris omnem justitiam detrahere in articulo justificationis coram Deo.* Conf. c. 3 v. 20. & 24. Præterea aliud est ἀποδοσις, aliud ἀνταπόδοσις; Non dicitur in textu: ὃς ἀνταποδώσει: sed ὃς ἀποδώσει: Nec dicitur ἐξ ἔργων vel διὰ ἔργων, *non per & propter opera*. Sed κατὰ ἔργα vel *secundùm opera*. Licet autem concedamus, illam ἀποδοσιν respectu damnatorum esse ἀνταπόδοσιν: tamen exinde ad opera bona salvandorum non valet consequentia. Neqve enim

§. 2. valet, *opera mala* | *merentur mortem æternam*: E. *opera bona vitam æternam*: Qvia comproportio intrinseca, qvæ ibi datur, hic neqvaqvam datur. Conf. Rom. 8. v. 18. Neqve obstat

stat textus Matth. 24, 35. qvia ibi argumentum non est à causa rei, sed tantum à causa illationis s. concludendæ qvæstionis, ad qvam sufficit vel signum vel effectus s. antecedentia, ita ut sit ratio vel argumentum, etsi non causa. Neqve ergò *opera misericordiæ*, qvibus promittitur retributio ex mera dignatione, non ex operis dignitate s. valore, causa propria ponuntur: sed saltem signum & effectus illius εὐλογίας, unde deducitur κληρονομία regni præparati ab æterno, in v. 24.

18. Propositionem illam v. 6. universa- §. 1.
lem: *Deus reddet unicuiqve secundum opera sua*, illustrat Apostolus oppositione classium salvandorum & damnandorum, qvæ exhauriunt illud objectum expressum voce ἐκδίκησιν. Classis sc. salvandorum continetur v. 7. Classis damnandorum v. 8. 9. Subordinatur autem thesis hæc paulina superiori, qvæ est in v. 2. *de judicio Dei secundum veritatem. Respectu Classis salvandorum* talis est propositio in v. 7. *Deus dabit vitam æternam, non nisi illis, qvi secundum permanentiam in bonis operibus qværunt gloriam, honorem & incorruptibilitatem.* Notamus circa hanc propositionem 1. variatio- §. 2.
nem interpretum. Lutherus noster ita expressit: GOTT wird geben Preiß und Ehre und unvergängliches Wesen/ denen

die mit Gedult in guten Wercken trachten nach dem ewigen Leben: juxta qvam versionem, vel tres illæ voces sc. δόξα, τιμὴ & ἀφθαρσία, essent toti versui anteponendæ, item comma post verbum ζητοῦσι esset expungendum, item particula μὲν pariter delenda: Cæterum cum hæc trajectio sit violenta nimis, & præterea particula μὲν, evidentem respectum oppositum habeat ad particulam δὲ qvæ est in v. 8 proinde, ad conciliandum Lutherum, hæc lectio prævaleret: Τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ ζητοῦσι ζωὴν αἰώνιον, δόξαν, τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν, qva ratione de commate saltem qvæstio esset, §. 3. post verbum ζητοῦσι. Notamus obiter, codicem Parisiensem, pro verbo ζητοῦσι, legere ζῆσι. In reipsa parum interest, sive verbum ζητοῦσι, immediatè referatur ad ζωὴν αἰώνιον, uti legit Lutherus, sive ad δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν, uti habet codex Græcus: Qvid enim interest?; *Deus dabit vitam æternam illis qvi qværunt gloriam:* &: *Deus dabit gloriam &c. illis qvi qværunt vitam æternam.* Omninò tamen lectio Græca, qvam etiam seqvitur codex Syrus, nobis ma- §. 4. gis probatur. Notamus II. Bezam, qvi alio modo, malè componendo & dividendo textum,

tum, ita expressit: *Deus illis, qui secundum patientiam vel tolerantiam, quærunt boni operis gloriam &c. dabit vitam æternam*, qva ratione comma post voces ἔργου ἀγαθοῦ malè esset expressum, post voces autem κατὰ ὑπομονὴν malè esset omissum. Non opus est ita textum torqvere: neqve enim periculum Papismi est, in hac propositione Apostolica: *Deus dabit vitam æternam sed nonnisi* τοῖς ἐπιζητοῦσι *futuræ vitæ gloriam*, seu incorruptibilem, & immarcessibilem, qvæ in cœlis reservatur κληρονομίαν (conf. explicatio vocis ἀφθαρσίας 1. Pet. 1, 4.) & qvidem τοῖς ἐπιζητοῦσι κατὰ ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ, i. e. secundum persistentiam, vel secundum constantem & finalem immanentiam, in bono opere.

§. 1. 19. De voce ὑπομονῆς accuratè notandum est, illam ad solam perseverantiam in adversis, s. sustinentiam affectus dolorifici, restringendam non esse: Atqve adeò malè vocem illam per patientiam, ut illa est particularis virtus theologica, hoc in textu exprimi, pejus exinde concludi: Apostolum talem hic propositionem habere: *Patientia est necessaria ad salutem*, qvæ nullibi est in Apostolo. Contra amplior vocis ὑπομονῆς usus est, tùm alibi, tùm in sacris literis: nota sc. perseverantiam in qvovis affectu tùm con-

cupiscibili, tùm irascibili, tàm circa objecta sacrata: qvam desiderata ac expetibilia; tam circa credita, qvam circa adversa. Non
§. 2. E. semper objectum est res dolorifica: sed indefinitum ὑπομονῆς vocabulum ex qvalitate objectorum, de qvibus prædicatur, est limitandum: Sic 1. Thess. 1. sanctissimum est trifolium, in laude Thessalonicensium, sc. 1. fides, 2. charitas, 3. spes. Singulis autem addit πάθος aliqvod proprium, sc. fidei ἔργον: charitati κόπον: spei ὑπομονὴν. Atqve adeò ὑπομονὴ ἐλπίδος, est spes gloriæ Dei, qvæ ipsa conjuncta est cum persistentiâ, s. finali permanentia, unde illud Apostoli: Spes non confundit Rom. 5, 4. Sic conf. Jac. 1, 4. & Matth. 24, 12. & patebit qvid h. l. sit ὑπομονὴ ἔργου ἀγαθοῦ, & qvomodo exinde non probetur meritum boni operis vel bonorum operum. conf. pariter Hebr. 10. à v. 35. ubi ὑπομονὴ explicatur per μὴ ἀποβάλλειν τὴν παῤῥησίαν τῆς πίστεως, qvod faciunt Apo-
§. 3. statæ. Finaliter E. credentes sunt ὑπομένοντες, & tales faciunt τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, atqve adeò adipiscuntur promissionem. v. 36. Sic ibidem v. 38. & 39. opponuntur οἱ ὑπομένοντες & οἱ ὑποστέλλοντες, qvi sc. non credunt finaliter, sed deficiunt à confessione Evangelii;

Evangelii: Paulò autem post ἡσὶ ὑποστολῆς opponuntur ἡσῖς πίστεως, datur E. ὑπομονὴ πίστεως, datur ὑπομονὴ ἐλπίδος: atque sic facilè patet, qvid sit ὑπομονὴ ἔργε ἀγαθῦ Conf. Joh. 6. v. 29.

20. Notamus hæc doctrinalia I. uti duæ §. 1.
sunt classes hominum: sc. una credentium, & κατ' ὑπομονὴν ἔργε ἀγαθῦ, inqvirentium δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν, seu τ ἐρχαζομένων τὸ ἀγαθὸν, v. 7. & 10. Altera, τ ἀπειθέντων, s. non obedientium veritati, item τ κατ' ἐρχαζομένων τὸ κακὸν: v. 8. & 9. ita duo qvoqve sunt status post hanc vitam, & consummationem seculi, sc. ζωὴ αἰώνιος, v. 7. qvæ ipsa explicatur per δόξαν, τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν in v. 10. & θυμὸς καὶ ὀργὴ s. excandescentia & ira æterna, qvæ ipsa explicatur per θλῖψιν καὶ στενοχωρίαν s. afflictionem & angustiam in v. 8. & 9. Purgatorium ergò, limbus Patrum, illæ regiones inferorum, Papisticum figmentum sunt. Post hanc vi- §. 2.
tam non est nisi iræ æternæ vel vitæ æternæ locus. Notamus doctrinale II. idemq; practicum. Sancti sunt milites Jesu Christi, militantes κατ' ὑπομονὴν ἔργε ἀγαθῦ: & qvotqvot militant cum perseverantia finali, coronantur. Notamus III. Non seqvitur:

*Vita æterna datur qværenti gloriam* κάθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ, item, *Gloria, honor & pax datur omni operanti bonum*, E. *vita æterna* &c. *datur bono operi, datur ut debita operi,*
§. 3. *datur ut effectus operis.* Contra in textu non memoratur bonum opus: sed *operans*, vel ὁ ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν. Vid. v. 10. Conf. qvâ phrasin ἐργάζεσθαι Joh. 6. v. 27. 28. Talis merces qvæ datur operanti, datur ex liberalitate donantis, datur filiis, non datur servis: Præterea in scripturis latiùs patet merces qvam meritum, ut ita à mercede ad meritum non valeat conseqvētia. Sic aliud est, remunerationem esse propter opera, aliud secundum opera, qvod posterius esse potest ex merâ gratiâ: Qvanqvam nullibi in Apostolo dicatur, Deum daturum vitam æternam secundum opera: Propositio enim Paulina in v. 6. & 7. planè aliter se habet, ut ex thesi generali v. 6. concludere non liceat: *Deus dabit unicuique secundum opera.* E. *dabit salvandis vitam æternam secundum opera.* Ipse Apostolus longè
§. 4. aliter subsumit. Neqve valet hæc illatio: Is qvi permanet finaliter in bono opere, est subjectum salvandum, E. bona opera sunt causa salutis: Atqvi ita explicandus est v. 7. & 10. hujus capitis: Item Concio Christi de beatis, Matth. 5. v. 2. 3. 4. &c. Notamus IV. Complexus

plexus peccatorum utriusqve tabulæ, diviniſſimus eſt in v 8. ſc. qvotqvot ſunt in claſſe τ ἐξ ἐριθείας, id eſt, contentioſorum damnandorum, illi dicuntur reſpectu tabulæ primæ ἀπειθοῦντες τῇ ἀληθείᾳ, i. e. non obedire veritati: Reſpectu tabulæ ſecundæ πειθόμενοι τῇ ἀδικίᾳ. Atqvi ſuper hos omnes eſt θυμὸς καὶ ὀργὴ θλῖψις, στενοχωρία. Notamus V. apud Deum nulla eſt προσωπολη- §. 5.
ψία: Univerſaliter peccato iraſcitur, nullo cujusqvam perſonæ reſpectu flectitur: ſolo ſatisfactionis Jeſu Chriſti intuitu ad miſerendum ducitur. Doctrinale hoc eſt in v. 11. Notamus VI. Judæi, uti primi in gradu gloriæ: ita primi qvoqve in gradu iræ. Utrobiqve prærogativa datur Judæis præ Gentibus, tam credentibus in vita: qvam incredulis in ira & æterna στενοχωρία: Ut ita excellentius à Chriſto honorati, & ſi in Chriſtum credidiſſent, prærogativâ gradus in gloria fruituri, puniantur etiam graviùs increduli: unde illud πρῶτον inter Judæum & Græcum tàm ponitur in claſſe gloriæ, qvam exeandeſcentiæ & iræ, vid. v. 9. & 10.

21. Qvid per Judæum & Græcum intelligat Apoſtolus, in v. 9. & 10. dictum jam ſupra eſt in c. 1. v. 16. Videnda hic eſt oppoſitio, qvâ vox βάρβαρος vel opponitur barbaro, ut

fit

fit c. 1. v. 14. vel Judæo, ut, v. 16. & c 2. v 9. 10. De una metropoli religionis, tribus á. politiæ, qvæ fuerint Babylon, Alexandria, Hieros. De Gemina Judæorum Διασπορᾷ, Asianâ sc. ad qvam scripserit Petrus, & Europæa de qvâ agitur Joh 7, 35. prolixè hic agit Scaliger, qvi idem putat in utraqve Διασπορᾷ fuisse Judæos: sed in Babylonia usos esse Targumim, in Europæa usos esse τοῖς LXX. atqve hinc posteriores dictos esse ἕλληνες, ejusdem Scal. Sententia est: qvi ipse putat, illos ἑλληνιστὰς esse Act. 6. v. 1. & c. 11, 20. qvi contradistingvantur Hebræis, id est, Judæis metropolitanis, Hierosolymitanis. Videantur de hac controversia Scaliger, Beza & Salmasius.

§. 1. 22. Thesin, qvam posuerat Apostolus v. 6. absolutè; & v. 7. 8. 9. 10. per μερισμὸν s. distributivè, probat v. 11. tali protheſi: Apud Deum non est προσωπολημψία: Unde argumentum: Qvorum est eadem conditio, qvorum eadem sunt facta, eadem peccata, eorum eadem qvoqve est apud Deum ἀπροσωπολήπτην ratio: atqvi Judæorum & gentium &c. E. Min. probatur ab Apostolo, v. 12. 13. 14. 15. 16. sc. v. 12. occurrit hæc gemina thesis: Judæi peccaverunt: Gentiles peccaverunt: qvod audem Judæi peccarunt cum lege, Gentiles absqve lege, id non mutat speciem ejusdem condi-

conditionis inter Judæos & Græcos: Sed uti damnantur Gentiles absqve lege, ita Judæi cum lege. Notetur hic I. qvâ locum communem de Deo ἀπροσωπολήπτῃ Actor. 10. v 34 35. Gal. 2, 6. Ephes. 6, 9. Col. 3, 25. 1. Pet. 1, 12. Deut. 10, 17. 2. Chron. 19, 7. Notetur II. Gentiles pereunt ἀνόμως & non pereunt, ἀνόμως: Utrumqve est in Apostolo, v. 12. 14 15. Pereunt ἀνόμως respectu legis extrinsecùs promulgatæ vel scriptæ: Non pereunt ἀνόμως respectu legis connatæ, & illius naturalis γνωστοῦ τοῦ θεοῦ, & δικαιώματος τοῦ θεοῦ vid. c. 1. v. 19. & 32. qvia, licet nec legem prolatam per Mosen vel audiverint vel observaverint, nec naturali γνωστῷ τοῦ θεοῦ satisfecerint: tamen, qvatenus in condendis legibus publicis & ratione vitæ privatæ, honesta præcipiunt, turpia prohibent, hoc ipso legem externam non habentes, ostendunt opus legis scriptum in cordibus, accedente conscientiæ testimonio, & τῶν λογισμῶν s. κατηγορία s. ἀπολογία, vid. v. 15. Notetur III. de gentibus peccantibus absqve lege, Apostolus saltem usurpat verbum ἀπολοῦνται: De Judæis autem cum lege peccantibus, usurpat verbum κριθήσονται, qvo ipso notatur, illos rigorosiori judicii censuræ obnoxios fore, tanqvam

§. 2.

§. 3.

quam judicandi & damnandi ἀλλὰ νόμῳ, *idq; in die, quo judicabit Dominus de occultis hominum, secundum Evangelium Pauli per Jesum Christum.* vid. v. 16. Notatur E. rigorosius judicium Judæorum, vel μεῖζον κρίμα, Jac. 3, 1.

§. 4. Conf. item Matt. 11. 21. 22. 24. Notamus IV. Si Deus non revelasset legem scriptam, tamen ad damnandos Judæos satis juris Deo fuisset, & sic periissent ἀνόμως, uti Gentiles. Notamus V. apud Deum ex lege justus esse neqvit, nisi qvi universæ legis est observator, & adeò nullo modo est peccator: qvod cum per incapacitatem lapsus impossibile homini in hac vita fore Deus præviderit, proinde Deus ordinatione sua disposuit, ne perfecta legis observatio homini in hac vita possibilis esset. Conf. Gal. 3. v. 17. 21. 22. Frustra objicitur à

§. 5. Pontificiis textus ex v. 13. οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται, i. e. factores legis justificantur; E. non fide sed operibus justificamur. Nos enim subsumimus: nullus homo præter Christum est factor legis, E. nullus homo ex operibus justificatur. Sententia hæc Paulina est legalis, malè explicata ab August. lib. de Spiritu & litera, c. 26. Usus hujus & similium sententiarum est, non modum salutis ostendere: sed nos de peccato convincere, ut vitâ & salute ex lege denegatâ, ex Evangelio offeratur medicina.

23. Ex

23. Ex professo autem contra Judæos dis- §. 1.
putat Apostolus à v. 17. Probaturus Judæos in laude justitiæ operum: nihilo meliores esse Gentilibus: qvam proinde thesin majori conatu & artificio Rhetorico, nunc tractat Apostolus, idq; per occupationem, in qva explicat excellentias glorioſorum Judæorum. Gloriabantur sc. I. *in pulcherrimo & avito nomine JUDÆI:* Unde Apostolus: ἴδε, inqvit, σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ. Notetur hic (1) Vulgatus, qvi reddidit: Si autem tu Judæus §. 2.
cognominaris: ac si esset ἐὰν δὲ: qvæ lectio etsi, teste Bezâ invenitur in qvibusdam codicibus, sine dubio tamen spuria est, licet illam etiam habeat Syrus. Notamus (2) Apostolum uti vocabulo ἐπονομάζεσθαι, ut sc. ostendat, illos *nominales* saltem Judæos esse, qvi sc. non tanti mensuram nominis explent: Atqve adeò dum Paulus excellentiam Judæorum proponit, simul elenchum addit.

24. Gloriabantur II. Judæi *de depoſito legis Mosaicæ:* Ubi Apostolus eodem artificio elenchum, gloriæ Judæorum interspergit, dum illam his verbis enunciat: ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ. Vox enim ἐπαναπαύεσθαι, docet *Judæos in lege latè acqviescere, in ejus depoſito securos indormire,* & sic pulchrè Apostolus in illo ipso, in qvo Judæi gloriabantur, illorum νωθρότητα & veternum redarguit.

25. Glo-

§. 1. 25. Gloriatio Judæorum III. exprimitur per: καυχᾶσθαι ἐν θεῷ, i. e. gloriari in Deo, qvod sc. Israelis gloria Deus sit, & qvod ipse Israel Dei gloria sit. Cæterum ita gloriari in Deo, propter externam denominationem à Deo, titulus vanus & sine re est. Gloriabantur IV in γνώσει τοῦ θελήματος, s. in excellentissimâ cognitione voluntatis divinæ. Gloriabantur V. in Spiritu discretionis, per qvem possint discernere discrepantia à voluntate Dei revelata. Gloriabantur VI. in institutione legali, vel qvod essent κατηχούμενοι ἐκ τοῦ νόμου. Unde jam seqvebatur VII.

§. 2 Gloriatio titulorum, qvo gloriabantur se esse *ductores cæcorum*, *lumen in tenebris ambulantium*: v. 19. Cum tamen ipsi essent cœci, & Scotistæ maximi: Ex eadem excellentia legalis κατηχήσεως, jactabant se esse *insipientium informatores, infantium magistros, habentes formam cognitionis & veritatis in lege*, v. 20. Signanter autem μόρφωσιν explicat Apostolus. Aliud enim est γνῶσις τοῦ ἀληθείας, aliud μόρφωσις γνώσεως τοῦ ἀληθείας: Illa in theoria non subsistit, qvalis theoretica saltem μόρφωσις illa τῶν ἐπονομαζομένων Ἰουδαίων.

# CONFIRMATIO I. PAULINI THEMATIS.

## à v. 17. c. 2. ad v. 21. c. 3.

### Thesis 26.

A cap. 2. v. 17. Apostolum apertè & expresso nomine, splendidâ item & vehementi oratione, sermonem ad Judæum convertere, eundemq; tùm per τὰ σφόδρα σεμνὰ seu insignia excellentiarum & privilegiorum prærogativa, supra Gentiles attollere, v. 17. 18. 19. 20. 25. tùm ex illis ipsis & damnabilem convincere, & infra Gentiles deprimere v. 21. 22. 23. 24. 26. 27. ad finem usqve capitis, ex sup. th. 23 24. 25. & αὐτοψίᾳ textus constat. §. 1.

Gloriatio Judæorum ad duo generalia contrahitur capita: unum מתן תורה seu *Legale*: alterum ברית המילה seu *Sacramentale*: illud à v. 17. ad v. 25. hoc à v. 25. ad fin. cap. Unde splendidos Ecclesiæ titulos objicere poterant. Utrumqve caput, uti observatum in gradu excellentiæ eminenti supra Gentiles posuisset Judæos: ita profanatum, & turpitèr habitum illos Gentilibus postposuit, vel, qvæ miserabilis est prælatura, in rigoroso judicio, præposuit, undè illud πρῶτον v. 9. §. 2.

Caput primum gloriatio- §. 3.

nis, in 7. classes titulorum, qvos inter in acie ponitur venerabile nomen JUDÆUS, jam supra contraximus: & qvomodo passim per vocabula ἐπονομάζειν, ἐπαναπαύεσθαι per καυχᾶσθαι, per πεποίθησιν & μόρφωσιν, sales Elenchticos interspergat Apostolus, ostendimus. Inter illos, post abstractam illam γνῶσιν τὸ θελήματος habetur hic glorioſus Elenchus: δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα, κατηχούμενος ἐκ τοῦ νόμου. Circa illum duo notamus 1. Illa paraphrasis non convenit intento Apostolico: *Tu qvidem scis legem: sed dum aliena à tuâ vocatione facis, sciens volensq; legi contraniteris, ita ut satius esset, te nunqvam scivisse legem Dei.* Natales illa debet vitiatæ versioni Latinæ: *probas utilium, instructus per legem.* Contra, uti in scholâ sapientiæ copulatur immediatè gradus דעת & בינה Prov. capp. 1. & 2 ita ad utriusqve excellentiam hîc evidens est respectus, ut ita דעת illa sit γνῶσιν τὸ θελήμα, & בינה sit δοκιμάζειν τὰ διαφέροντα: utrumqve autem debeatur κατηχήσει τῇ ἐκ νόμου. 2. Vox κατηχεῖσθαι hîc non, uti in sensu Ecclesiastico, notat informationem Elementarem, qvalis est rudiorum: sed perfectam satis, ex intentione ad minimum τὸ κατηχουμένου, qvi præter

§. 4.

§. 5.

gradum

gradum illum דעת & בינה, se excellentissimum νομοδιδάσκαλον, talem scilicet, cujus scientià totus illustraretur orbis, adeò ut sit φῶς τῶν ἐν σκότει, venditat. Sanè in usu Biblico indifferentèr se habet hoc *vocalis informationis vocabulum*, resp. *rudiorum & perfectiorum*: nullibi tamen *in sensu patrologico* vox κατηχεῖν, vel κατηχεῖσθαι formalitèr usurpatur in N. T. (cœteræ etiam voces e. c. κατήωησις, item κατηχητὴς planè non reperiuntur in Scripturis: alia enim ratio est vocis καθηγητής, qvæ unius Christi titulus est Matt. 23. 8. 10.) Loca Actor. 21. 21. 24 generalia sunt ibidemq; generali voce אתאמר expressit illam Syrus. Textus Luc. 1. 4. videtur Patrologiæ favere, & *Timotheum* talem *Catechumenum* facere. Juvat Syrus דתרע שררא דמלא אילין דאתתלמדת להין. Pulcherrimum vocabulum illud אתתלמדת qvod respondet Græco μαθητευθέντος Matt. 13. 52. sed & effectus τῆς ἀσφαλείας, & vox καθεξῆς pro Catechesi Patrum militare videtur. Cœterum nec omnis qvi est תלמיד s. μαθητευθεὶς est *rudis Discipulus*: nec cui alicubi deest ἀσφάλεια, talis est: nec vox καθεξῆς necessariò reflectitur ad verbum seqvens: sed satis commodè ad v. 1. ita ut com-

§. 6.

§. 7.

§. 8.

parentur *epicheremata* πολλῶν, cum intentio-
§. 9. ne Lucæ. Illi ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι, s. *ab aliis carptim, & non juxta perpetuam rerum gestarum seriem prodita*, in *ordinem redigere*, qvod idem & Lucæ placuit Consilium: Unde relatio illius: ἐπειδήπερ πολλοὶ in v. 1. ad ἔδοξε κἀμοὶ in v. 3. sed καθεξῆς, qvia post illos πολλοὺς demum scripsit. conf. de usu illo Act. 3. 24. c. 11. 4. c. 18 23. vel, qvia, uti illorum *Antecessorum* consilium fuit ἀνατάξασθαι: Ita & Lucæ ἔδοξε, παρακολουθεῖν πᾶσιν ἄνωθεν ἀκριβῶς, & adeò scribere καθεξῆς seu כל מדם בטכסה & יציפאית uti Syrus exprimit, juxta qvem respectus esset ad סדר החתיכה. Exemplum *Ordinis magis*
§. 10. *attenti à Lucâ qvàm à Mattæo* Heinsius dat in coll. Matt. 23. 6. cum c. 21. 9. Luc. c 13. 35. & c. 19. 38. Sed Lucam intendisse *Ordine scribendi* certare cum Evangelistis aliis, improbandum. Neqve enim Mattæus αὐτόπτης καὶ ὑπηρέτης τοῦ λόγου includitur in classe πολλῶν ἐπιχειρούντων v. 1. De voce κατηχεῖν vide ultra Actorum 8. 25. 26. ibidemq; notetur illud ἀκριβῶς & ἀκριβέστερον confer. 1. Cor. 14. 19. Galat. 6. 6. ubi generalem vocis usum rectè expressit noster Lutherus: **Der unterrichtet wird / theile mit allerley guts / dem der ihn unterrichtet.**

27. Ex-

27. Extat Catechiſmus Apoſtolicus, ſex articulorum fidei comprehenſivus Heb. c. 6. 1. 2. qvi ipſi dicuntur τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ θεοῦ, item ἀρχὴ τοῦ Χριστοῦ λόγου, item θεμέλιον, ipſiq; Catechumeni ibidem vocantur, non ætatis: ſed judicii & doctrinæ imperfectioris reſpectu, νήπιοι, qvippe μέτοχοι γάλακτος, καὶ οὐ στερεᾶς τροφῆς, qvia ſunt ἄπειροι λόγου δικαιοσύνης, & oppoſiti τοῖς τελείοις, qvibus Apoſtolus διὰ τὴν ἕξιν tribuit αἰσθητήρια γεγυμνασμένα πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ Ebr. c. 5. 12. 14. Talis ergò διδάσκαλος νηπίων eſt Catecheta. Unde qvæſtio, *an hoc ſenſu accipiendus titulus JUDÆI* in v. 20.? Sanè Apoſtolus JUDÆUM talem non facit *Catechetam*: nec convenit ſupercilio Phariſæi (cujus πεποίθησιν hîc Apoſtolus exprimit vid. v. 19.) Profeſſio talis *Catecheſeos rudiorum*: niſi qvatenus ex tumidà ſuâ phantaſiâ omnes, Proſelytos maximè, præ ſe æſtimavit, uti τυφλοὺς, Scotiſtas, ἄφρονας v. 19 ita hîc omnes alios νηπίους ſ. informes, rudes, imperitos, ipſe ſcilicet ἔχων μόρφωσιν τῆς γνώσεως ſeu in Theologiâ Legali *formatus* Magiſter noſter. Atqve ita nec hic titulus probat *Catecheſin Patrum*.

§. 1.

§. 2.

§. 1. 28. Esse illos non nisi ἐπονομαζομένους JUDÆOS, totamq; *illam gloriationem Legalem*, & μόρφωσιν τ̃ γνώσεως, *causam Judæorum* insigniorem coram Deo *præ causâ Gentilium* non facere (nisi in pœnis asperioribus) probat Apostolus tùm *generali ratione:* v. 21. *Qui docet alios, & seipsum non docet, is frustra objicit legalem & Doctoralem* πεπίστιν (vid. v. 17. 18. 19. 20.) tùm *speciali & exemplari inductione* peccatorum tabulæ secundæ, sc. 1. *furti*, v. 21. 2. *adulterij*, v. 22. 3. *sacrilegij*, v. 22. unde

§. 2. ita conclusivè infert Apostolus: *Qui de Lege gloriatur, & tamen Legem ipse transgreditur, is Deum dedecorat, & causa est, ut blasphemetur inter gentes nomen Dei*, seu ut gentiles arreptâ inde occasione calumniandi, culpam impietatis Deo tribuant, qvod ejusmodi populo jus peculii, Legem, & voluntatis revelationem dederit, qvi nullâ ex parte conetur juxta Legem, vitam instituere v. 23. 24. Atqve Judæus *docens non furandum, & hoc non obstante furatus, docens non mœchandum, & tamen mœchatus, abominatus Idola & admittens sacrilegia* de Lege gloriatur, & Legem transgreditur. E. qvam conclusionem ratione probatam, porrò *autoritate prædictionis* confirmat Apostolus v. 24. habito respectu ad textus Esa. 52. 5. Ezech. 36. 20. ubi illud γέγραπται. Notetur E. hoc

hoc fulmé Apostolicũ: *Qui in Lege, in Christianismi professione gloriatur, sive sit νομοδιδάσκαλος & Doctor Theologus, sive privatus Christianus, & ipse non vivit, prout Lex & Christianismi professio postulabat, Deum dedecorat, & causa est, ut inter sive paganos, sive incredulos alios, blasphemetur nomen Dei:* uti contra, si professioni Christianismi sanctitas vitæ respondeat, *& luceat lux nostra coram hominibus, glorificatur pater noster, qui est in cœlis* Matt. 5. 16. *& ornatur ἡ διδασκαλία τὸ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ* Tit. c. 2. 10. Quà orationem ipsam notamus 1. Elenchus v. 21. 22. 23. est interrogativus & tantò fortius objurgativus, non simpliciter enunciativus. §. 3. §. 4.

2. Capita elenchi e. c *furari, mœchari, ἱεροσυλεῖν* tribuuntur Judæis non tantùm resp. *affectus & internæ cupiditatis:* sed etiam resp. *externi operis:* probatur ex *causalitate gentilis blasphemiæ* v. 24.

3. Illud crimen tertium: ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, ἱεροσυλεῖς, non adeò liqvidum. Sanè illud ἱεροσυλεῖν respondere debet suo antitheto qvod est βδελύσσεσθαι τὰ εἴδωλα, & adeò in participatione cultus Idolorum intelligi debet: At commodissimè hàc ratione applicatio fieret ex 1. Cor. 8. 10. & c. 10. 28. h. l. Tu profiteris, qvod sit ὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ & qvod εἷς ὁ θεὸς ἔστιν εἰ μὴ εἷς, *Tu magnâ voce professionem* §. 5.

*jactas Lectionis: Audi Israel, JHOVAH Deus noster Deus unus est:* Deut. 6. 4. & tamen sciens, volensq; Convivator accumbis in Idoleo, & vescēris Idolothytis cum Idololatris.

§. 6. Cæterum, cum ἱεροσυλεῖν sacrlegium sit, Chrysostomus & Theophylactus de furto explicant, *quo, cupiditate victi Judæi res Idolis consecratas, contra legem usurpabant*, Syrus autem de *templi spolio* apertè explicuit: מחלץ אנת בירת מקדשא *Tu spoliaris domum sanctuarij:* Neqve verò opus est ad Syrum explicandum *solos Sacerdotes templi Hierosolymitani*, fures sacrorum thesaurorum hîc proclamare.

v. 7. Fuerunt & alii & alibi tales ἱεροσυλῆντες, etiam Romæ ipso tempore Pauli: vid. illustre exemplum emunctæ sub religionis & ornatus templi titulo *Fulviæ Saturnini* à 4 nebulonibus Judæis insigni auri, purpuræq; pretio, propter qvod ἱεροσύλημα ejecti Judæi omnes Româ sub Tiberio, 4000. in Sardiniam relegatis, *apud Josephum l. 18. antiq. Jud. c. 5.* Cæterum ἱεροσυλία illa Idololatrica multis modis fieri poterat.

§. 8. Nam & talis *Idolothytophagus*, & *raptor sive anathematum Idololatricorum*, sive *sacrorum thesaurorum*, dum Idola abominatus, unius veri Dei Professorem & Cultorem se jactabat, hoc ipso, Deo majestatis indivisibilis gloriam iterum eripiebat, & ita fiebat

bat maximus Sacrilegus. Poterat & aliis modis idem, &, voce βδελύσσεσθαι τὰ εἴδωλα, & reipsâ strenuè ἱερουλεῖν.

29 Gloriationis Judæorum *caput alterum* erat *sacramentale*, de qvo agit Apostolus à v. 25. idq; (tùm 1. *privilegium sacramentale*, qvod erat *Circumcisio*, nominando, tùm 2. *privilegii illius abusum* exprimendo. Scilicet: παραβάτης νόμου seu *qvi per literam & circumcisionem est transgressor Legis*, illũ nil qvicqvam juvat Circumcisio: & adeò, *qvi nec ipse Legem implet, nec credit in eum qvi perfectè Legem implevit*, & est πλὴν νόμου εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι, *frustra gloriatur de Sacramento Circumcisionis*, frustra prælaturam sibi tribuit supra præputium, qvi habet *Circumcisionem saltem carnis non cordis*: qvin *Gentilis non circumcisus servans legem, non tantùm Judæo carnaliter circumciso erit melior: sed & condemnabit Judæum* τὸν διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς παραβάτην νόμου v. 25. 26. 27. Hâc occasione præeminentiæ Gentilis fidelis præ Judæo infideli & *Judæum* & *Circumcisionem* duplicem distingvit Apostolus v. 28. 29. Judæus sc. vel est ὁ ἐν τῷ φανερῷ *qvi est talis in propatulo seu manifesto*, i. e. qvi est Judæus tantùm Sangvine & Genealogiâ, circumcisus carne non corde: vel est Judæus ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ seu *in occulto*

§. 1.

§. 2.

*culto*, qvi ſcil. talis eſt fide per ſangvinem excellentiſſimi Judæi JESU CHRISTI, & *circumciſus corde, etſi non carne*: ille ὁ ἐν τῷ φανερῷ habet *laudem ex hominibus*: hic ſeu ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ, *ex Deo* vid. verſ. ult. & notetur illud ᾧ *in Latino ambiguum*, in Græco *ad Judæum* τὸ ἐν κρυπτῷ & *circumciſum corde, in Spiritu, non Literâ referendum*. Sic circumciſio ἡ ἐν τῷ φανερῷ eſt, uti Apoſtolus ſtatim addit: *Circumciſio* abſtracta *carnalis* ἡ ἐν σαρκί: Circumciſio ἐν κρυπτῷ eſt *circumciſio interna cordis, ſpiritualis*, ſeu ἐν πνεύματι *ſpiritualiter intellecta* & γράμματι, uti illa Circumciſio ἡ ἐν φανερῷ, qvippe qvæ *ſecundum literam legis*, ſaltem amputabat pelliculam præputii, non attendens ad ſublimiora myſteria Sacramenti. Qværitur circa hanc ſa-

§. 3. cramentalem gloriationem. 1. Qvomodo *fructus circumciſionis* ſeu ἡ ὠφέλεια τῆς περιτομῆς ſuſpendatur *ab obſervatione legis*, & qvomodo per circumciſionem inducta fuerit obligatio univerſæ legis faciendæ Gal. 5. 3.? Inde enim videtur alterutrum ſeqvi, ſc. *vel Judæos circumciſos perfectè legem Dei ſervare potuiſſe, & ſervaſſe*, vel *non habuiſſe* ὠφέλειαν τῆς περιτομῆς. Reſp. 1. Aliud eſt: περιτομὴ ὠφελῆ, ἐαν νόμον πράσσῃς: & aliud: περιτομὴ

οὐκ

οὐκ ὠφελεῖ ἐαυμη ὅλον τ νομον πρᾶξης, ἐν μηδενὶ πλαίων. Illud, non hoc dicit Apostolus v. 25. neqve ullibi reperitur hæc propositio: *Circumcisio non prodest, nisi perfectè & in Legali rigore Legem observantibus:* neqve ex ordinatione Dei prævidentis incapacitatem lapsus & illud ἀδωάτον τ νόμε, ἐν ᾧ ἠσθένε διὰ τῆς σαρκὸς Rom. 8. 2 Circumcisio unqvam obligavit individuum circumcisum, ad *subjectivam & perfectam* legis observationem, velut *possibilem:* sed, & illa fuit ordinata ut §. 4. instrumentum sacramentale, per qvod *tota justitia Christi ut Mediatoris*, atqve adeò illa in rigore *satisfactoria Legalis*, sive imputaretur & cum fide donaretur infantibus, sive obsignaretur in adultis credentibus; Unde Circumcisio σφραγὶς τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως, illius scil. qvam habuit Abrahamus ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ dicitur Roman. 4. 11. & uti ὁ νόμος *430. annis promulgatione posterior*, οὐκ ἀκυροῖ τὸ διαθήκην προκεκυρωμένον ὑπὸ τ θεὸν εἰς χριστὸν Gal. 3. 17. ita nec illa, qvæ fuit in Circumcisione *legalis obligatio:* & uti non datus est ὁ νόμος ὁ δυνάμενος ζωοποιῆσαι: ita nec *Circumcisio* obligavit ad τ νόμον τ δυνάμενον ζωοποιῆσαι: sed hâc ratione habuit se, ut Pædagogus εἰς χριστὸν;

neqve

neqve minùs dicere licuit de *Circumcisione*, qvàm de *Lege*: προστετίθη ἄχρις οὗ ἔλθῃ τὸ σπέρμα Gal. 3. 19. 24. 2. Apostolus hîc lo-
§. 5. qvitur de circumcisione in statu, & qvidem Adultorum: qværitur qvid in hoc statu, facta olim circumcisio ἡ ἐν σαρκὶ, ὠφελεῖ, non qvam ὠφέλειαν habuerit in actu e. c. *Circumcisionis Infantium?* ac si nulla ibi fuisset ὠφέλεια circumcisionis *Evangelica*: sed tantùm illa *legalis obligativa*. 3. Textus ad Galatas agit de Circumcisione post abrogatum pædagogum, seu post ἐλθοῦσαν τὴν πίστιν, ubi *ad pædagogum* redire, Christo, *qvi est finis Legis* neglecto, est per ὠφέλειαν τῆς περιτομῆς, negare ὠφέλειαν meriti & mortis Jesu Christi, & se facere ὀφειλέτην totius Legis vid.
§. 6. Gal. 5. 2. 3. Qværitur 2. qvomodo Apostolus dicere potuerit post abrogatam jam obligationem circumcisionis: περιτομὴ ὠφελεῖ, s. *Circumcisio prodest*. Resp. 1. ex addito, ἐὰν νόμον πράσσῃς. Hoc ergò sensu esset enunciatio hypothetica, qvæ nihil ponit in esse absoluto. 2. Etiam *post abrogatam circumcisionem* erat, uti περισσὸν Ἰουδαίου, ita qvædam externa ὠφέλεια περιτομῆς materialitèr, illo sensu, qvo affirmat id Apostolus c. 3. 1. 2. 3. Nihil obstat, qvò minus agat Apostolus

tolus *cum Iudæo, ut in foro Iudaico, ut stante adhuc fœderis pacto:* ubi ὠφελεια fuit circumcisionis, non qvidem ad justificationem ex virtute operis: sed ut fuit 1. promissionis de salute sigillum. 2. Ut regenerationis instrumentum. 3. Ut discrerionis hujus populi Symbolum. 4. Ut mortificandæ carnis monumentum. 5. Neqve minus probanda, qvæ §. 7.
in h. l. habet *Haimo Episcopus* qvondam *Halberstad. Hujusmodi circumcisionem hoc in loco pro ipso genere gentis accipe, h. e. pro genere Abrahæ à qvo ille populus originem carnis trahit, à qvo etiam ipsa circumcisio exordium sumsit, & est sensus: O Iudæe, tunc prodest tibi qvod de genere Abrahæ es, & de genere circumcisionis, si legem spiritualitèr intelligens credis in Christum, cui lex testimonium perhibet, & si circumcisionem non carnalitèr: sed spiritualitèr observas: alioqvi non prodest esse de genere Abrahæ: sed magis obest tibi.* Putavit Haimo: περιτομὴ hîc nonnisi *concretè* sumi pro *subjecto circumciso.* Nihil §. 8.
notiùs, qvàm ita passim sumi & περιτομὴ & ἀκροβυστία, etiam *sine respectu formali præciso ad circumcisionis actum.* Hîc tamen, etiamsi daretur talis suppositio, omninò respectus formalis & principalis esset ad *Iudæum, qvatenus circumcisum,* & sic reduplicatio τῆς ὠφελείας esset omninò ad περιτομὴν, ut considera-

ratam

ratam in *sacramentali actu*, unde Judæus dicitur ὁ ἐξ φύσεως νόμος κρίνων παραβάτης νόμου v. 27. idem tamen opponitur τῇ ἐκ φύσεως ἀκροβυστίᾳ τὸν νόμον πλήρουσῃ quæ certè periphrasis est *Ethnici non circumcisi credentis in Christum*, qvi est πλήρης νόμος, & *incedentis juxta Spiritum*, de qvo dicitur, qvod *præputiatus pius* sit judicaturus *sacramentaliter circumcisos:* & ex professo hîc Apostolus de Circumcisione per aliqvot agit versus: sed & distinctè ponit *duplicem Iudaismum & duplicem circumcisionem* conf. v. 29. Qværitur 3. qvid per *Spiritum & literam* intelligat Apostolus v. 27. & 29. Resp. 1 Non eadem *Literæ & Spiritus* significatio in Paulo est: uti patebit ex collatione textuum Rom. 3. 27. 29. c. 7. 6. 2. Cor. 3. 6. 8. Sanè in loco 2. Cor. 3. 6. ubi memoratur

§. 9. *Litera occidens* seu γράμμα ἀποκτεῖνον aliud omninò notatur, qvàm hoc ipso loco. Scilicet ipsa *Lex Mosis* in & per *veterem hominem* potenter operans & damnans *Litem* dicitur: *Doctrina autem Evangelii* & Gratia liberans, & per renovationem sese ostendens, *Spiritus:* neqve verò ex *Litera occidente* ad *literam mortuam* totam sc. Scripturam, V. C. tùm qvia ibi Litera non est *tota Scriptura:* sed *sola Lex:* tùm qvia *ab ineſſe efficienter ad ineſſe formaliter non* V. C. tùm qvia *Occisio seu mortificatio illa* qvæ

fit

sit per modum *manifestationis & exaggerationis* τῆς κατ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλοῦ ἁμαρτίας energiam & δύναμιν Legis arguit, etsi non illa est δύναμις & ζωοποιῆσαι: ipsaq; Lex manet ὁ νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή. Rom. 7. 12. 13. imò illa energia, *vitam formalem legis* potenter ostendit conf. Heb. 4. 12. 2 Per *literam & Spiritum*, §. II.
nec *literalem, & allegoricum sensum* cum Origene: nec *rem terrenam & cœlestem sacramentalem* cum Pareo: nec *externum verbi & Sacramentorum ministerium, ac Entusiasmum* cum Svencfeld. vel hîc vel ullibi in Paulo intelligimus: Non 1. qvia nullus locus qvadrat, nec prædicata *Spiritus* conveniunt Allegoriæ. Non 2. qvia non pars: sed *totum Sacramentum* est σφραγὶς τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως. Non 3. qvia etiam *verbum lectum & auditum* (eadem ratio Sacramentorum) est efficacissimum salutis medium & instrumentum. 3. Placet §. II.
nobis hîc sententia Philippi probata Luthero, in Comm. Ep. Paul ad Rom. in h. l. etsi alibi commentatio illa habet qvædam σκληρότερα: *Observabis hic*, verba sunt Philippi, *duo potissimum vocabula, Literam & Spiritum. Significat enim Litera non sensum literalem seu Historicum, ut Origenes putat: sed omne opus, omnem doctrinam, qvæ non vivit in corde per Spiritum.*

*Spiritum. Lex litera est: Evangelium litera est: Historia litera est: Allegoria litera est, Opus externum quantumvis speciosum in speciem, litera est: adeoq; quicquid non vivit in corde per Spiritum & gratiam, litera est. Spiritus est, quod Spiritu gratiæ in corde vivit. Spiritus est amor Dei & proximi, Spiritus est fides, quâ ex corde creditur Evangelio.* Notetur autem in oppositione illâ §. 12. περιτμὴ ἐν γράμματι sumi exclusivè, quæ sc. tantùm est ἐν σαρκὶ vel tantùm ἐν γράμματι, cum aliàs γράμμα & πνεῦμα possint subordinari, ut, sicut idem Judæus esse poterat ἐν φανερῷ & ἐν κρυπτῷ, eadem *Circumcisio* esset *& carnis & Spiritus.* Est ergò Fall. à dicto *secundum quid ad dictum simpliciter* in illo argumento Manichæorum & Svencfeldianorum, vel etiam Anabapt. *Sacramenta quæ sunt cæremoniæ in literâ hærentis non sunt veri.* §. 13. E. *eorum observatio ad regnum & Ecclesiam Christi non pertinet.* Fallit sc. exclusivam hypotheticam pro simplici sumendo: Neqve minùs Pontificiorum thesis, qvæ docet: *hominem justificatum & sub gratiâ constitutum perfectè posse observare & consumare legem Dei*, aliena est à Spiritu Apostolico, & hoc certè textu qvi nullibi id habet, qvod sæpè ac diversis verbis Apostolum repetere, Estius dicit: *Hominem justificatum facere, servare, consumari*

legem

*legem Dei.* Qvæ enim conseqventia ab illis hypotheticis: *Si legem observes.* v. 25. *Si præputium jura legis observet.* v. 26. *Si præputium, Legem servet.* v. 27. (Notamus obiter Syrum voces ἐκ φύσεως ita nectere, ut sit ἡ ἐκ φύσεως τελοῦσα, & opponatur τῷ διὰ γράμματος παραβάτῃ) ad hanc Conclusionem: E. *perfecta legis observatio homini justificato in hâc vitâ est possibilis*, qvalis sanè observatio *omnimodam & actualem conformitatem hominis renati hâc in vitâ cum regulâ legis divinæ* reqvirit, qvam qvi comminiscuntur, vel altiorem etiam gradum perfectionis, eumq; transcendentem præcepta Dei, possibilem fingunt, *impudentes deceptores* sunt. Brutum fulmen hîc æstimamus *anathema Tridentinum sess. 6. can. 18.* qvia est præter *Evangelium Paulinum*, conf. Rom. 7. 14. 15. Gal. 3. 17. 21. 22. Phil. 3. 9. 10. 1. Cor. 13. 9. 10. contra *confessionem omnium Sanctorum* 1. Johan. 1. 8. 9. Psalm. 32. 6. reponimus cum Paulo illud: ἀνάθεμα ἔστω Gal. 1. 6. 8. Addimus pro conclusione capitis hæc pauca ex textu consectaria 1. *Ad solidam in Domino gloriationem* non sufficit *titulus Ecclesiæ*, & *externa professio fidei*: sed reqviritur *interna fiducia cordis & obedientia*, qvalis gloriatio est propria civium Ecclesiæ conf. Jer. 9. 24. 1. Corinth. 1. 31. Gloriatio Judæorum erat titula-

§. 14.

§. 15.

ris, non gloriatio in Domino. v. 17. 2. Di-
§. 16. ctum Augustini: *Baptismus esse potest sine Spiritu conferentis* l. 5. de Bapt. cont. Don. c. 24. qvà legitimationem & veritatem & efficacitatem in actu 1. valet de toto Ministerio: etsi *non semper & undiqvaqve*, qvà salutarem Ministerii administrationem, in actu 2., ubi *per accidens* reproborum ministerium sæpè dat ἐυαγγελίῳ Evangelio: tùm qvatenus *auditores* scandalizantur, & apud impios impuritate Doctoris in securitate suâ confirmatos, ὁ Θεὸς ἀλυμάζεται, & ita τὸ ὄνομα τὸ Θεῦ βλασφημεῖται; tùm qvatenus Doctores seu *Ministri impuri*, causa illius βλασφημίας suo Ministerio contemtum, & sibiipsis ζωὴν ἀπώλειαν & *æternam Dei iram* accersunt 2. Pet. 2. 2. conf. Matth. 23. 3. & h. l. v. 17.
§. 17. 19. 23. 3. Fœdus sacramentale (e c. Circumcisionis) fuit reciprocum. Deus promisit gratiam. Homo circumcisus restipulabatur obedientiam. 4. Circumcisi corde, non peccatum non habent; sed non faciunt conf. 1. Joh. 3. 9 Rom. 6. 12. 5. Περιτομὴ ἐν γράμματι & ἐν πνεύματι, Circumcisio carnis & cordis non faciunt duo Sacramenta: sed *unius legitimi Sacramenti* duos actus sacramentales, in Sacramento individuos, & *unius temporis in infantibus & adultis non hypocrytis*, circumcisis.

cumcisis. Mediante sc. externâ *amputatione* §.18.
*præputij* fiebat *regeneratio & receptio in fœdus*
*Dei.* Neqve ergò exindè probatur *duplex Ba-*
*ptismus*, qvorum unus sit *Literalis, Elementaris,*
*externus, significativus, repræsentativus & tantùm*
*signi:* alter *internus, realis sanguinis, & signati,*
qvalem statuunt Calvinus, Beza: ille in *c. 12.*
*prior ad Corinth.* hic in *Coll. Momp. p. 446.* ne-
qve unius Baptismi velut *totius sacramentalis*
actiones (qvas distinctas agnoscimus, at tem-
poribus non separamus) faciunt *diversum ba-*
*ptismum:* neqve alia *efficacia sacramentalis* fluit §.19.
ab Elemento: alia à Spiritu S: sed ipsa *aqva*
*Baptismi est* ordinarium, Spiritui S. regenera-
tionem hominis executuro, instrumentum &
λουτρὸν ὕδατος (ἐν ῥήματι) est λουτρὸν παλιγγενεσίας ἐν πνεύματι ἁγίῳ Ephes. c. 5. 26.
idq; propriè non metonymicè vid. Tit. 3. 5.
conf. Joh. 3. 5. Rom. 6. 2. 3. Gal. 3. 26. 1. Pet. 3.
21. contrarium qvi statuunt, non possunt non
*Baptismum duplicare* & contradicere tùm *Apo-*
*stolo* dicenti: ἓν βάπτισμα Eph. 4. 5. tùm *sa-*
*cramentali N. T. numero*, qvem Apostolus non-
nisi *dualem* exprimit per illud: πάντες ἐβαπτίσθημεν, ἐποτίσθημεν 1. Cor. 12. 13. 6. Note- §.20.
tur & abusus hujus loci in altero Sacramento
N. T. qvem his verbis ostendit Paræus: *In*
*circumcisione duo sunt actus: in S. Cœnâ gemina*

*est manducatio: Una* signorum externa: *altera* rerum *interna*, non *duo Sacramenta sunt: sed unius duo actus: conjunctim duo hæc sumuntur à fidelibus, qui soli digni edunt & bibunt: infideles percipiunt* Symbola: Corpore & Sangvine *non pasuntur.* §. 21. Distinctio Symbolorum à corpore & sangvine Christi, ita, ut illa tantùm sint *Objectum manducationis sacramentalis* ipsis infidelibus s. indignis, communis, non hæc, ostendit facilè, cujus illa sint Spiritus. 7. Circumcisionis necessitas erat qvidem *ordinariè summa* Gen. 17. 14. cum casu tamen excepto 1. *infantium mortuorum anteoctiduanorum.* 2. *Proselytorum* ad sangvinem Abrahami non pertinentium, & à Paschate & connubiis Hebræorum abstinentium. 3 Extraordinariè *Israelitarum per 40. annos peregrinantium.* Non minor *Baptismi* necessitas, nec *absoluta*, uti Pontificii, nec *adiaphora*, uti cum Anabapt. Socinianis, Calviniani: sed *ordinariè summa* Joh. 3. 5. *Casus* tamen *necessitatis*, qvi est *sine contemtus, vel malitiosi neglectus culpâ* etiam hîc excipitur, tàm in *infantibus*, qvàm *adultis*. Sed his ob causæ continentiam adjectis, procedendum ad CAPUT III.

§. 1. 30. Nexus capitum evidens est. Fuerat hactenus à v. 17. cap. 2 *Occupatio gemina*, & diluenda ab Apostolo duplex objectio Judæorum gloriosa, una *privilegij Doctoralis & Legalis:*

lis: altera *Sacramentalis* sc. *Circumcisionis*: illo facto, & probato: *Nec gloriatione illâ Legis, nec Circumcisionis, Judæos vincere, nedum coram Deo præeminentiam in justificationis negotio habere*, facilis erat Apostolo Judæorum conceptuum haut ignaro, *Occupatio tertia* talis sc. *Si non datur excellentia Judæorum præ Gentilibus, Circumcisionis præ præputio: imò si præputiati non tantum adæquantur circumcisis: sed etiam anteponuntur, ut judices circumciforum.* E. nulla est ὠφέλεια, & nullum περισσὸν sive Judæi, sive ipsius circumcisionis: atqve adeò illæ promissiones Deut. 4. 7. Psal. 147. 20. sunt titulus sine re. Sed *absurdum posterius.* E. Respondet Apostolus duabus propositionibus, apparentèr (non verè, *quia non secundum idem, eodem modo & respectu*) contradicentibus, unà *insignitèr affirmante*: alterâ, *vehementèr negante.* Illa talis: Τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου ἔστι πολὺ κατὰ πάντα τρόπον i. e. *Excellentia Judæi est multa per omnem modum* v. 1. 2. §. 2. Altera talis est: Judæi οὐ πάντως προέχουσι i. e. *Judæi nullo modo præcellunt: nulla planè illorum præ Gentibus est Excellentia*, v. 9. Utraqve ab Apostolo eodem enuntiatur *formali interrogativo*: Τί οὖν τὸ περισσὸν Ἰουδαίου v. 1. Τί οὖν προεχόμεθα v. 9. Ibi in responsione est: πολὺ κατὰ πάντα τρόπον: hic: οὐ πάντως.

Ex priori responsione, concessâ minore, negat majorem: ex posteriori, concessâ majore limitatâ, negat minorem limitatam. Atqve
§. 3. hâc geminâ propositione explicandâ, & demonstrandâ *totum hoc caput* absolvitur. Generalis conciliatio apparentis contradictionis hæc est: *Judæorum præ Gentilibus datur insignis excellentia respectu divinæ revelationis:* qvia illi soli ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ ad v. 9. at *nulla planè datur coram Deo in articulo justificationis à v. 9. ad fin. cap.*

§. 1. 31. Excellentiam Judæorum concessam specificativè probat v. 2 exprimendo unum *primarium* beneficium ex aliis insignibus (qvorum catalogum ad c. 9. reservat) *Oraculorum* sc. *divinorum*, & *Pandectarum Mosis ac Prophetarum nobile sanctissimumq; depositum* seu: ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ. Πρῶτον sine seqvelâ τε δεύτερον non ordinem: sed eminentiam notare, sive sumatur *nominaliter*, sive *adverbialiter*: aliud esse πρῶτον μὲν: aliud πρῶτον μὲν γὰρ: item Græcismum illum: JUDÆI ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, vocem λογίων non ponere in casu recto: sed
§. 2. qvarto, extra dubium est. Per λόγια τοῦ Θεοῦ qvid intelligatur qvæstio est: Nos nec *solam Legis*, vel fœderis Legalis uti opinatur Beza, nec *solam Evangelij* doctrinam intelligimus:

sed

ſed *totam revelatam doctrinam cœleſtem, tùm qvà agenda, tùm qvà facienda:* neqve excludimus excellentes patefactiones & circumſtantias e. c. *qvod Deus ipſe cum gentis Judaicæ Patribus ſit collocutus qvod ipſe Legem tabulis inſcripſerit, ipſe Prophetas miſerit* conf. Act. 7. 38.

32. Excellentia illa monere Judæos debuiſſet, *ut bonâ fide depoſitarij tantum theſaurum cuſtodirent, neqve cuſtodirent ſaltem: ſed & illo uterentur ac fruerentur, ac vivâ fide crederent in Chriſtum, qvi eſt finis Legis ac Prophetarum:* at ille finis apud qvosdam fruſtrabilis (qvippe & non omnes bonâ fide concreditum illud depoſitum τῶν λογίων τοῦ θεοῦ adminiſtrarunt, & plurimi in Meſſiam exhibitum non crediderunt) totam illam deſtruere poterat excellentiam. Ne id fieret, prævenit Apoſtolus, & pro illâ Judæorum gloriâ & opponit, & reſpondet ſibiipſi. Objectio formatur: ἠπίστησαν τινες. At *qvidam* infidi ſunt facti. v. 3. Reſpondet Apoſtòlus 1. Τί γὰρ εἰ ἠπίστησαν τινες atqve adeò & ἀπιστοῦντας concedendo, & *omnes* tales eſſe negando: reſpondet 2. ignorantiam Elenchi oſtendendo, ſc. non eſſe in qvæſtione, *an qvidam fuerint* ἀπιστοῦντες: ſed *an per talem particularem* ἀπιστίαν *probetur fruſtrabilitas pacti divini, & nullitas omnis Judæorum privilegij?* Et hujus vehementiſſimè

§. 1.

§. 2.

negati consequentis occasione respondet 3. memorabili sententiâ: *Hominum incredulitate vel perfidiâ non aboletur vel evacuatur fides Dei* (fides illa activa Dei promittentis, &, quæ promisit, constanter ac veracitèr exhibentis) imo: *Esto Deus verax*: omnis autem homo mendax v. 14 ubi notetur: πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης v. 4. at nonnisi τινὲς ἠπίστησαν v. 3. Latiùs ergò ψεύστης quàm ἄπιστος. Paradoxum illud Theologicum: *Omnis homo mendax* probat ex textu Psalmi 50. cujus sensus est: *Ego*, ait David *pœnitens, agnosco me peccatorem esse, ut tu solus justus, solus verax, solus justificans Deus habearis, & adeò justificeris* (justus celebris, agnoscaris) *in sermonibus tuis; & vincas, quando tu judicas.* v. 4. Nusquam sc. bonitas Dei evidentiùs sese declarat, quàm in nostro peccato, nec qvicqvam magis est Dei proprium, qvàm misereri peccantium. Igitur, qvi humili corde fatentur se injustos, æternamq; iram & judicium meritos esse, si Deus judicio secum velit experiri, justificant Deum: non item, qvi se justos & veraces præsumunt. Exemplum utriusqve in Pharisæi & Publicani pœnitentis parabolâ Luc. 18. 11.

§. 3.

§. 4.

§. 5. 13. Qværitur hìc, qvomodo πίστις Dei maneat ἀκατάλυτος? Resp. 1. In textu nihil plus dicitur qvàm etsi ἠπίστησαν τινες, *propterea non abrogari*

gari πίστιν Θεοῦ? atqve adeò πίστιν Θεοῦ etiam manere τοῖς ἀπιστοῦσι non est formalitèr in textu. 2. Valet Canon respectu *tàm promissionum absolutarum*, qvàm *hypotheticarum seu conditionalium*. Neutro modo *infidelitas hominum fidem Dei efficax reddere potest*. e. c. Fides Dei est, credentibus perseverantèr finalitèr dare vitam æternam. Potest qvidem homo facere ut non credat: at *non potest facere ut sibi non credenti Deus det vitam æternam*: 3. Sic mutatis subjectis e. c. *Impius non potest facere ut credenti Deus non det vitam æternam*. 4. Valet etiam in universalibus beneficiis, qvomodo ἡ ἀπιστία ἀνθρώπων οὐ καταργεῖ τὴν πίστιν τοῦ Θεοῦ qvâ e. c. *Deus Solem oriri facit super justos & injustos*: sed & universalibus Ecclesiæ e. c. *Deus propter hominum multorum* ἀπιστίαν *consilium suum de colligendâ sibi in genere humano Ecclesiâ non mutat*: qvippe qvi in promissionum fide servandâ magis bonitatis suæ gloriam, qvàm ullam hominum perfidiam respicit. Subjicit Apostolus qvorundam §. 7. λογισμῶν carnis refutationem. Scilicet si injustitiæ nostræ tàm glorioſus est effectus, ut *gloria Dei nostris peccatis illustratur*. E. 1. *Deus est injustus, qvi peccatis hominum irascitur*. 2. *Injustè homo ob peccatum condemnatur*. 3. *Audacter facienda sunt mala, ut eveniant bona* v. 5. §. 6.

7. 8. Ad λογισμῶν horum caput blasphemum respondet v. 6. probans *Deum esse justum* & v. 8. talibus Disputatoribus denuntians τὸ κρῖμα ἔνδικον s. *justum judicium*.

§. 1. 33. Illa igitur propositione, qvæ περὶ ἄλλον τρόπον aliqvam prærogativam ex beneficiis Dei tribuebat Judæis, per hypophoram Apostolo solitam & in hoc uno capite *septies* usurpatam, expeditâ, & absurdâ illâ illatione *de faciendis malis ut eveniant bona* (qvam *blasphemiam* à qvibusdam ipsi Apostolo imputatam, ex προφάσει seu profanâ acceptione sententiarum Pauli: e. c. *ubi abundat peccatum, ibi superabundat gratia* Rom. c. 5. v. penult. apparet satis ex parenthesi c. 3. 8.) simpliciter damnatâ: seqvitur nunc propositio altera formaliter superiori contradictoria: ὐ πάντως προεχόμεθα i. e. *JUDÆORUM præ Gentilibus nulla planè est excellentia:* atqve ita redit ad argumenti hypothesin principa-

§. 2. lem, de qvâ egerat toto cap. 2. Probat hanc propositionem per succinctam *recapitulationem totius Disputationis*, qvæ jam inde à v. 17. c. 1. ad fin c. 2. continetur, ad qvam proinde hîc tanqvam *Demonstrationem jam factam* Apostolus appellat v. 9. προῃτιασάμεθα id est: *jam ante causis datis ostendimus, probavimus*, uti Erasmus: Vulgatus ad literam: *Præcausati*

*sumus*,

*sumus*, qvod superiori modo *Valla* explicuit Lutherus noster: **Wir haben droben beweiset.** Beza: *Criminati sumus ante.* Sanè §. 3.
tàm simplex αἰτιᾶσθαι, qvàm compositum significationem habet *accusandi:* ut non malè reddatur: *nos jam ante probavimus allegatis criminibus tàm Judæorum qvàm Gentilium totum mundum condemnationi Dei obnoxium.* Viderunt id Batavi, qvi in Bibliis suis ita expresserunt: **Wy hebben te voren beschüldight beyde Joden ende Grieken/ dat se alle onder de sonde Zyn:** addunt in gloss. **Wy hebben met vaste redenen bewesen/ öfte overtuyght/ het Grieckſch Woordt beteeckent dickmael yemandt in rechte beschuldigen/ ende met goet bewys övertüyghen.** At Syrus simplicitèr sine emphasi illâ: קדם פשקן i. e. *antea exposuimus, pronunciavimus.* Patet autem ex hàc voce *Ordo Disputationum* §. 4.
*Paulinarum*, ne qvis sine accuratissimâ argumentationum seqvelâ Apostolum disputare præsumat. Sic hic v. 9. Compendium est & *breviarium* totius tractationis superioris, cujus hæc est Summa: *Tàm Judæos qvàm Gentes esse sub peccato, carere justitiâ Dei, esse obnoxios iræ & maledictioni legis.* Conclusioni hujus §. 5.
protheseos autoritatem Scripturarum, & *Syllabum testimoniorum divinorum* s. τ̃ λογίων

τ̃ Θεοῦ

θεῦ Apostolus addit à v. 9. adusqve v. 10. probans *totum mundum sub reatu peccati esse*: idq; tùm generalitèr per *negationem justi vel unius*: οὐκ ἔστι δίκαιος οὐδὲ εἷς v. 10. Sanè si nulli sunt justi. E. *Omnes sunt sub peccato*:

§. 6. tùm specialitèr & distributivè, resp. *horrida corruptionis in mente*, ubi omnis σωφροσύνης seu veræ agnitionis Dei & recti de rebus divinis judicii deficientia universalitèr asseritur per: οὐκ ἔστιν ὁ συνιῶν: 2. *In voluntate*, qvia sc. universalis est deficientia bonæ voluntatis Deum qværentis & colentis οὐκ ἔστιν ὁ ἐκ

§. 7. ζητῶν τὸν θεὸν v. 11. Utrumqve *tùm privativè* v. 12. *tùm positivè* v. 13. 14. 15. 16. 17. 18. probatur, ubi ἀσωφροσύνην præstandi ea, qvæ mens ex hypothesi justa esse agnosceret, & voluntas amplecteretur, per singula membra unà cum positione studii contrarii deducit & in *fonte omnium malorum*, qvi est v. 18. *negatio* יראת יהוה Syllabum Elenchorum claudit Apostolus. Notetur hìc qvà ἔλεγχον

§. 8. *tùm in excessu* peccantium Manichæorum, Flacianorum: *tùm in defectu*, Pelagianorum, Pontificiorum Synergistarum, universalis & horrida naturæ corruptionis descriptio tùm 1. resp. boni privati: tùm 2. resp. mali positi: tùm 3. resp. termini in qvo: tùm 4. resp. Ter-

mini

mini ad qvem, ubi *nemo excipitur*, οὐκ ἔστιν δίκαιος. Notetur 2. qva ἐπανόρθωσιν. In horridis aliorum lapsibus, labem naturæ nostræ deploremus: & si vel nullius criminis nobis conscii simus, agnoscamus tamen fontem corruptum, & in humilitate μὴ φόβε καὶ τρόμε nos divino judicio obnoxios esse agnoscamus, *Os coram Deo, ejusq; tribunali obturemus*, nec ullas hic nostras prærogativas, nulla operum nostrorum merita somniemus. Discamus hîc illud Apostoli: σκοπεῖ σεαυτὸν Gal. c. 6. 2. Excepturos hic gentem suam, Judæos, & illos Elenchos propheticos Gentibus imputaturos prævidit Apostolus: Igitur & hîc occupat v 19. tali stereomate: *Quæcunqve lex dicit, potissimum iis dicit, qvi in Lege sunt, & adeo Judæis: non solis Gentibus.* E. *ut ita os omne obturetur, & obnoxius fiat totus mundus condemnationi Dei.* §. 9. §. 10.

34. Qværi poterat, unde illum *Elenchorum Syllabum*, seu 9 illos versus habuerit Apostolus, vel ubi scriptum sit, qvod Apostolus dicit: γέγραπται v 10. Sed id *ex variis* (non uno) *Scripturæ V. T. locis allegatum esse ab Apostolo*, concessum jam est: Primi 2. & 3. axiomatis autoritas ex Psal. 14. 3. qvarti ex Psal. 5. 10. Porrò 5. 6. 7. 8. 9. ex Psal. 140 3. Psal. 10. 7. Prov. 1. 16. Es. 59. 7. Ps. 36. 2. evidens. Omnes §. 1.

illos

illos versus in Psalmo 14. vel 13. (juxta Græcos & Latin. Vulg.) legit *versio Pontificiis authentica:* neqve defuerunt, qvi cunctos illos olim in fontibus Hebraicis lectos, & exinde malitiâ, nescio qvorum, expunctos esse, conclamarunt: & ipsos LXX. Interpretes testes corruptionis Hebraicorum codicum, certè in libro Psalmorum, allegarunt. Illud malitiosè: hoc non sine crimine ignorantiæ. Illius saniores Pontificios hodie pudet, unde Bellarminus hîc pro fontibus pugnat contra Patronos Vulgati, ἕλωπες τὸ καθ' ἡμᾶς vid. lib. 2. de V. D. c. 2. Concedit idem, uti & alii, *nec unqvam fuisse, nec esse debuisse versus illos omnes in fontibus Hebraicis in Psalmo 14.* & per Sphalma Scribæ, occasione continentis argumenti, ex N.T. & hoc ipso Paaui loco intrasse in Vulgatum. In Græcâ autem versione τῶ LXX. nec jam inde ab *Origenis & Hieronymi ætate* illa cuncta in Ps. 14. vel 13. lecta: nec hodiè reperiuntur in opere Regio Hispanico, sive in ipsâ Græcâ versione, sive Hieronymianâ translatione: nec in ullo Græco codice. Hîc ergò Vulgatus habet, qvod hic nunqvam habuit, *vel fons Hebræus, vel codex Græcus.* Et tamen, *Psalterium Vulgatæ editionis semper sequitur Græcos,* Symbolum passim est Bellarmini. *Codex Psalmorum Anglicanus* ad qvem hic passim provocat Papismus, *qvis, qvalis, qvantus*

§. 2.

§. 3.

§. 4.

*tus* fuerit defectum est ab *Ariâ Montano in tom. ult. op. Reg. Hisp.* Vid. Hieron præf. l 16. comm. in Es. & Comm. Psalm. qvi fatetur, *nullos Græcos tractatores Psalmorum in Psal. 13. illa omnia verba legere*.

35. *Condemnato jam toto mundo*, seu probato illo, qvo sine nec gratia Dei, nec justitia Christi intelligi poterat, sc. *& Judæos & Græcos omnes esse sub peccato*, obturatum est os omne, & invicta jam sequitur prothesis 2. seu potius illius conclusio talis: *Propterea ex operibus Legis nulla caro justificatur coram Deo v. 20.* cujus majoris firmamenti causâ addit hanc apodixin: *Qvod monstrat peccatum, idemq; revelatum exaggerat, illud non justificat.* Lex &c. E. Minor: Διὰ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας. Major in nexu γὰρ, qvæ particula ex effectu ἐπιγνώσεως ἁμαρτίας infert illud τὸ δικαιωθήσεται. Errant qvi *Legem saltem ceremonialem* hic notari putant, & *illius solius opera* excludi. Contra 1. Lex indefinitè non minùs competit Legi morali, qvàm ceremoniali. 2. Lex ceremonialis fuit tantùm Judæorum: at totus mundus fuit condemnandus, & omne os obturandum. vid. v. 19. 3 ἐπίγνωσις ἁμαρτίας est effectus Legis moralis: tùm qvà *internam perfectionem requirit*, tùm qvà *concupiscentiam ipsam damnabilem ostendit*, tùm §. 1.

§. 2.

qvà

qvà *maledictionem omnibus & singulis indicit.* Rom. 7. 7. 11. 13. Gal. 3. 10. Deut. 27. 26. Errant
§. 3. qvi *tantùm opera Legis* hic excludi statuunt, non *opera fidei:* vel *opera præcedentia fidem, non sequentia:* Contra 1. in thesi c. 1. 16. 17. nonnisi πίστις: Justitia est ἐκ πίστεως εἰς πίστιν. Evangelium salvat nonnisi πάντα τὸν πιστεύοντα. Contra 2. ex *qvo nemo justificatur coram Deo,* ex *illo nec est justus coram Deo.* v. 20. Contra 3. opera fidei sunt *post* justificationem: non *ante.* 4. Opera sunt Legis non Evangelii: illa mensurat opera etiam in renatis. *Lex & opera* opponuntur in articulo Justificationis *Evangelio & fidei.*
§. 4. 5. Opera præstita fide, suppositâ, tàm sunt opera, qvàm illa sine fide præstita. E qvando excluduntur *simpliciter* opera ex Justificationis circulo, tàm illa, qvàm hæc sunt intelligenda. conf. Rom. 4. 2. 6. 6. Judæi illi, qvos ex operibus non justificari hic concludit Apostolus, juxta definitionem fidei papisticam non erant sine fide. Erant enim γινώσκοντες τὸ θέλημα, κατηχούμενοι ἐκ τοῦ νόμου vid. sup. thes. 26. Illorum ergò respectu excluderentur apertè illa, qvæ Pontificii vocant, fidei opera. Ita ergò in geminâ conclusione subordinatâ clauditur 1. tomus Apostolicus Romanus: 1. *Omnes homines sunt sub peccato.* 2. *Ex operibus Legis nulla justificatur caro.*

# CONFIRMATIO POSITIVA DE IUSTIFICATIONE EVANGELICA.

à v. 21. c. 3. ad finem usqve capitis qvarti.

THESIS I.

FUit hactenus CONFIRMATIO *Destructiva*: cujus Breviarium est in v. 20. §. 1.
qvi totius præcedentis Syllogismi Apostolici formalis & materialis conclusio est. Seqvitur nunc formalis POSITIVA Apostolica à v. 21. atqve uti in v. 20 Νόμ illius: ita particulæ νυνὶ δὲ hujus argumenti signa sunt. Summa *Positivæ Apostolicæ formalis est* in v. 21. 22. talis sc. *Justitia qvæ valet coram Deo, est justitia per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes qvi credunt, eademq; obtinetur sine lege & operibus legis, & patefacta est sine lege, & tamen illa ipsa est μαρτυρομένη seu habet testimonium à Lege ac Prophetis.* Germ. **Die Gerechtigkeit so vor GOTT gilt / ist zwar nicht auß dem Gesetz / iedennoch hat sie Zeugnis vom Gesetz.** Continetur in hâc §. 2.
Positivâ *tria* particularium propositionum
1. *Iustitia qvæ valet coram Deo est per fidem in Iesum Christum, eademq; offertur omnibus & solis, sine discrimine nationali credentibus.* 2. *Iustitiæ*

*quæ valet coram Deo manifestatur sine lege.* 3. *Iustitia tamen illa omnium fuit temporum, & comprobatur testimonio Legis ac Prophetarum.* Primum & secundum in hoc capite à v. 23. Apostolus potentèr confirmat: tertium toto c. 4. tractat, probans ibidem per exemplum Geneseos c. 15. *de fide Abrahami*, justitiam illam esse μαρτυρουμένην ὑπὸ νόμου: per textum autem *Davidis* ex Psal. 32. esse illam μαρτυρουμένην ὑπὸ προφητῶν: ut ita in brevissimâ hâc sententia: *Iustitia quæ πεφανέρωται χωρὶς νόμου est μαρτυρουμένη ὑπὸ νόμου* totius seqventis operis Idea contineatur.

§. 3. Qværitur autem *qvomodo χωρὶς νόμου, cum semper ante ἄφεσιν ἁμαρτιῶν requiratur ἡ μετάνοια, quæ certè est ἐκ νόμου*, cum רוח משפט ורוח בער copulentur ab Esaiâ c. 4. 3. & Christus ipse jusserit *prædicare μετάνοιαν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν inter omnes gentes* conf. Luc. 24. 47. Actor. 17. 30. 31? Resp. 1. In textu non dicitur ἡ δικαιοσύνη Θεοῦ ἡ χωρὶς νόμου sc. in applicatione & praxi: sed ἡ δικαιοσύνη Θεοῦ πεφανέρωται χωρὶς νόμου. Aliud est: *Iustitia quæ valet coram Deo manifestatur sine Lege*: aliud: *Iustitia illa in praxi Christianâ & conversione hominis salutari est sine Lege.* Hoc negamus. *Deus & Evangelium* ad conver-

conversionem hominis salutarem, in praxi Christianâ ex intentione Dei & naturâ inditâ, etsi diversimodè conveniunt Marc. 1. 15. Joh. 1. 18. Rom. 8. 15. Gal. 3. 5. 12. 23. 24. Uti tamen pœnitentia fidei contradistincta ex Lege est, non *Evangelio, propriè dicto*: ita Justitia fidei *ex Evangelio non Lege*: & uti rectè dicitur: *Contritio* πεφανέρωται χωρὶς εὐαγγελίου, *etsi non est sine seqvela Evangelij illa* μετάνοια εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητος: ita rectè dicitur: *Iustitia* Θεοῦ *revelatur* χωρὶς νόμου, *etsi non imputatur sine antecedente contritione legali.* §. 4.

2. Neqve ergò hîc est repugnantia, Evangelium, *in qvo revelatur justitia Dei, in praxi salutaris pœnitentiæ, supponit legem, & adeò non est* χωρὶς νόμου, *suppositi* sc. &: *Iustitia Dei revelatur* χωρὶς νόμου. 3. Φανερούσθαι χωρὶς νόμου idem qvod ἀποκαλύπτεσθαι *non in Lege*: sed *Evangelio* conf. propositio c. 1. 17. & c. 3. 21. qvæ sunt parallelæ, & hæc illius conclusio: qvo modo autem revelatur, eo & imputatur ἡ δικαιοσύνη Θεοῦ sc. utrumqve χωρὶς νόμου in sensu composito, licet totum illud: *Iustitiam sc. fidei imputari* χωρὶς νόμου non fiat, nisi in subjecto *legalitèr contrito*. Alio modo *Lex*, alio *Evangelium* versatur circa peccatum. Illa ostendendo, accusando, damnando: hoc *remittendo, tegendo, non imputando*. Non Lex §. 5. §. 6.

moralis: sed Evangelium monstrat *agnum Dei, qui tollit peccata mundi*: nec Contritio legalis vel intentionem vel causalitatem habet remissionis peccatorum. Gal. 3. 10. Act. 10. 43. Atqve ita manet propositio Apostolica: Δικαιοσυνὴ Θεοῦ χωρὶς νόμου Φανερῶται. Neqve valet illatio: E. ante illam δικαιοσυνὴν τὴν προφανερωμένην χωρὶς νόμου, non est in subjecto convertendo usus νόμου. De

§. 7. locutione: δικαιοσυνὴ Θεοῦ rectè notatum ab August. *ad Bonif. l. 3 de Spiritu & litera* 1. esse *prædicationem propheticam.* 2. *Non dici Justitiam Dei, quoniam Deus justus est*: sed *quia homini ex Deo est: qui illa induit hominem, cum justificet impium, & qvia eâ solâ comm judicio Dei subsistimus*: planè uti v. 22. *Fides IESU CHRISTI est, non qvâ credit ipse Christus: sed qvâ in Christo & in Christum creditur.* Circa

§. 8. particulam νυνὶ v. 21 dubium oriri poterat. *Si nunc demum Justitia Dei per fidem Iesu Christi revelatur. E. Patres excluſi à justitiâ & gratiâ Mediatoris, & adeò illi justificati ἐκ νόμου.* Sed responsio 1. ex verbo πεφανέρωται, qvod explicandum *de Clarissimo post* ἐλθοῦσαν τὴν πίστιν *revelationis gradu*, qvalis non erat πρὸ τοῦ ἐλθεῖν τὴν πίστιν conf. Gal. 3. 23. 25. Ubi proponebatur illa *Justitia* Θεοῦ διὰ πίστεως Ἰησοῦ

Χριστοῦ

χριστῷ in *Prophetarum vaticiniis*, in *ceremonialibus umbris*, sub *pædagogia Legis moralis*. Neqve enim sine φανερώσει omni, imò qvà ipsam hypostasin dogmatis, explicitâ, patres, aliosq; salvatos sub V. T. fuisse, 2. *ex addito* apparet, in qvo *illa ipsa justitia testimonium habere* dicitur *Mosis & Prophetarum*: sed & ex Act. 10. 43. 1. Pet. 1. 11 Act. 15. 11. Rom. 1. 2. A φανερώσει autem gradus inferioris ad fidem *Generalissimam* illam *implicitam* non V. C. *Gradum claritatis excellentiorem* in N. T. præ veteri lubentes admittimus: neqve excellentiorem *mysteriorum* e. c. *de SS. Trinitate*, *de Deo incarnando*, *de Mediatore* θεανθρώπῳ cognitionem, Prophetis, præ aliis idiotis in V. T. denegamus: sed & hic varios gradus admittimus. §. 9.

At *fides* illa *generalissima* non gradibus solis & circumstantiis: sed *totâ specie* differt à fide explicitâ, nec adeò est μία πίστις. Sanè fides in Messiam ut ἀνθρωπον futurum, *sine relatione ad naturam divinam*, & fides *in Messiam ut* θεάνθρωπον, non est μία πίστις: neqve ignorario naturæ divinæ ad Messiam ita se habet, uti *non cognitio, vel Patris, vel Matris, vel patriæ* ad *hunc vel illum hominem*. Scire possum, hanc personam esse hominem, licet ignorem, qvo sangvine cretus, & qvod sit natale solum. At si ignorem, illum habere animam §. 10.

rationalem: ignorabo qvoqve hominem: ita *ignorato Deo*, ſ. naturâ divinâ, *ignoro Chriſtum*. Apage illam fidem à Sanctis V. T. qvi πάντες τῇ πίστει ἀπέθανον. Notamus verbo: *terminum Legis aliter ſumi in hâc propoſitione ſine articulo, vel qvando eſt* χωρὶς νόμου *aliter cum articulo:* ὑπὸ τὸν νόμον. Ibi *Lex moralis* abſtracta: hîc *tota Moſis doctrina*, qvæ certè non fuit *merè legalis*: ſed *inſignitèr Evangelica*, ipſumq; adeò *Evangelium* ὁ ἐγραψε Μωσῆς, intelligitur conf. Gen. c. 3. 15. c. 15. 6. c. 22. 18. c. 28. 12. 14. c. 49. 10. Deut. 18. 15. c. 32. 43. unde cum Lege hîc copulantur *Prophetæ*. Summa
§. II. eſt: *Iuſtitiam fidei fundari in teſtimoniis Moſis & omnium Prophetarum, qvi omnes magnâ unâq; voce teſtentur nonniſi per fidem IESU CHRISTI, homines credentes coram Deo juſtificari.* Planè ſicut Salvator probaturus illud ἐδεῖ παθεῖν τὸν χριστὸν καὶ εἰς ἐλθεῖν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ, à Moſe & Prophetis incepiſſe, & ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς *in omnibus illis Scripturis illa qvæ de ſe eſſent ſcripta, interpretatus ducitur* Luc. 24. 27. Idem omnia ſua παθήματα, ipſamq; ἀνάστασιν ἐκ νεκρῶν ponit inter capita γεγραμμένα, 1. *In Lege Moſis.* 2. *Prophetis.* 3. *Pſalmis.* ibid. v. 44. Sic Philippus ad Nathanelem: *Invenimus*, inqvit, *IESUM Nazarenum, qvem ſcripſit Moſes & Prophetæ* Johan.

han. 1. 41. conf. textus illustris 1. Pet. 1. 10. 11. 12. Sensus ergò Pauli est: *Iustitiæ fidei Moses* §. 12.
*& omnes Prophetæ præbent testimonium*: vel, uti Petrus: Τούτῳ (Μωσῆς καὶ) πάντες οἱ προφῆται μαρτυροῦσι, *quod* sc. *per nomen Iesu Christi remissionem peccatorum accipiat, omnis qui in Iesum Christum credit* Act. 10. 43. Porrò, Psalmos sub *Prophetis* hic contineri, uti sup. in l. Johannis, ex c. 4. ubi testimonium propheticum allegatur ex *Davide*, liqvidum est. Conferatur Act. 13. 38. ubi *Lex Mosis* ita sumitur prout in prædicato hujus propositionis Apostolicæ: πεφανέρωται χωρὶς νόμου: sc. dicitur ibi: ἐν νόμῳ Μωσέως *non potuistis justificari*: sed *unicè per Christum vobis annuntiatur peccatorum remissio & justificatio*, & tamen ibidem allegantur testimonia Prophetarum v. 33. 34. 35.

2. *Iustitiam illam qvæ valet coram Deo esse per* §. 1.
*fidem in Iesum Christum, offerri omnibus, sine nationali discrimine sive Iudæorum, sive Gentilium credentibus*, probat succinctâ appendice in v. 22. οὐ γὰρ ἐστι διαστολή: seu לית פורשנא uti rotundo paritèr ore Syrus: atqve ita POSITIVAM *obiectivè extensam & concretam* Apostolus probat v. 23. 24. sc. *Qvicunqve omnes sunt peccatores, & deficiuntur gloriâ Dei, illorum in Articulo iustificationis nullum est*

§. 2. *discrimen.* Atqve tàm Judæi qvàm gentiles. E. præclarè Lutherus sensum vocis ἥμαρτον expressit, dum reddidit: **Sie sind allzumahl Sünder/und mangeln des Ruhms/ das sie in GOTT haben solten:** Cujus etiam in h. l. glossa, ostendit δύναμιν Spiritus: **Dieser Text ist das Hauptstück und der Mittelplatz dieser Epistel und der gantzen heiligen Schrifft / Nemblich/ daß alles Sünde ist/ was nicht durch das Blut Christi erlöset/im Glauben gerecht wird. Darumb fasse diesen Text wol/ dann hie liegt danieder aller Werck Verdienst und Ruhm/und bleibt allein GOttes Gnade und Ehre.** Usus illius: πάντες ἥμαρτον §. 3. tùm contra *Pelagianos*, *Socinianos*, *Arminianos*, qvi nonnisi de *actualibus peccatis*, & *imitatione Adami in voluntario peccandi actu* vocabulum ἥμαρτον hîc explicant (vid. infra c. 5. v. 12.) tùm contra Pontificios, qvi Mariam ab hâc universali excipiunt. Fecerat illud, sed ex aliâ hypothesi, jam suo tempore *Pelagius:* neqve verò ille Mariam solam: sed omnes sanctos ac sanctas, qvas Scriptura memorat, ex illo nu- §. 4. mero excepit. Reverentèr *Augustinus* mediâ incedens viâ: *Excepta*, inqvit, *Sanctâ Virgine Mariâ, de qvâ propter honorem Domini nullam prorsus,*

prorsus, cum de peccatis quæritur, volo habere quæstionem (unde enim scimus, quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere & parere meruit, quem constat nullum habuisse peccatum) hâc inquam exceptâ, si omnes sanctos & sanctas, cum hîc viverent, congregare possemus, & ipsos rogare, utrum essent sine peccato, quid fuisse responsuros putamus? quantalibet fuerint in hoc corpore excellentiâ sanctitatis, si hoc interrogari potuissent, unâ voce clamassent. Si dixerimus, quod peccatum non habemus nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Hoc si verum dicerent, haberent peccatum: si hoc mentirentur, nihilominus haberent peccatum quia veritas in eis non esset. c. 36. de nat. & grat. & c. 41. De vocibus §. 5.
ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ quæstio est. Notamus 1. vox ὑστεροῦνται rectiùs per carentiam, quàm per indigentiam exprimitur: neque adeò satisfaciunt, qui ita explicant: *Egent gloriâ Dei* i. e. *indigent omnes Dei miserentis auxilio s. gratiâ remissionis, ut ita glorificetur nomen Dei.* Conveniret magis δέονται, vel χρείαν ἔχουσι, quàm ὑστεροῦσι. 2. Per δόξαν §. 6.
Θεοῦ alii *justitiam originalem*, alii *gloriationem coram Deo*, alii *vitam æternam* intelligunt, qui omnes facilè subordinantur. Omninò enim hæc duo fuerunt in statu integro illius

*justitiæ consecutiva:* uti cum illâ originali justitiâ hæc paritèr sunt penitùs amissa, & per Jesum Christum reparata, ubi *justificati ex fide*, applicatâ sangvinis reconciliatione & *gloriationem* habemus ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, & ipsam adeò δόξαν Θεοῦ, qvatenus τῇ ἐλπίδι jam nunc ἐσωθημεν. Hoc ergò respectu *gloriam* hanc *Dei*, dicere *gloriationem coram Deo*, concedi poterat: at non illo, qvo Estius loca parallela ponit c. 3. 27. & c. 4. 2. ibi enim est καύχησις vel καύχημα & hîc qvidem τὸ
§. 7. καυχᾶσθαι τὸν Θεὸν: aliud autem est talis καύχησις, aliud δόξα Θεοῦ. Nos ergò de *gloriâ filiationis & æternæ vitæ hæreditatis*, qvæ datur filiis, hanc δόξαν Θεοῦ interpretamur, qvæ ipsa, etiam *ubi habetur in spe*, fundamentum est *gloriationis* seu καυχήσεως conf. Roman. c. 5. 2. utrobiqve Syrus qvoqve eodem modo exprimit, scilicet ibi משתבחרינן בסברא דאלהא: hîc autem משתבחתא דאלהא: Sic eadem δόξα Θεοῦ vocatur ἡ μέλλουσα δόξα, item ἡ δόξα τῶν ἡμῶν Θεοῦ Rom. 8. 18. 21. Ita igitur *cum omnes peccaverint, cum omnes sint* ὑστερούμενοι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, potentèr concludit Apostolus: *Nullos coram Deo posse justificari nisi per fidem in Jesum Christum.*

3. Pro-

3. Probatâ illâ *modi justificationis unitate*, §. 1.
ad arcem causæ, & explicationem accuratam
superioris positivæ nunc procedit Apostolus
exprimendo 1. causam justificationis *princi-*
*palissimam & supremam*, sc. *indebitam Dei grati-*
*am & misericordiam* v. 34. in vocibus: δικαιού-
μενοι δωρεὰν, τῇ αὐτοῦ χάριτι, ubi illud
τῇ αὐτοῦ χάριτι merè *exegeticum* illius δωρεὰν
habet Beza, more sibi solito conf. idem c. 5.
Johannis v. 19. qvod non agnoscit Syrus, qvi
expressit מגן בטיבותיה מורקין, uti jux-
ta fontes esse deberet מגן בטיבותהון. Con- §. 2.
tra, illud τῇ αὐτοῦ χάριτι in ordine ad actum
δικαιώσεως habet se per *modum principij ipsum*
*actum concomitantis*, ut sensus sit: Qvod,
*postqvam omnes peccaverunt*, & ὑστεροῦνται τῆς
δόξης τοῦ Θεοῦ, *homines peccatores justificantur,*
*est ex gratiâ*, & ipse justificationis actus est
*merè gratuitus*, qvi sc. fit δωρεὰν: atqve
adeò justificatio non tantùm est ex gratia,
unde sc. est qvod possint peccatores justifica-
ri: sed *& fit per gratiam*, fit δωρεὰν. Er- §. 3.
rant Pontificii *Gratiam illam de qualitate infu-*
*sâ, inhærente, & formaliter justificante* inter-
pretantes eandemq; *infusam justitiam, chari-*
*tatem Dei*, aliisq; variis nominibus appellan-
tes. Contra 1. si non datur talis infusa justi-
tia,

tia, qvâ homo peccator coram Deo justificatur. E. nec talis erit hîc ab Apostolo per voces τῇ αὐτοῦ χάριτι notata. Probetur δικαιοσύνη θῦ infusa. Rationes Bellarm. & Becani nimis sunt febriles. 2. Apostolus hic *descendit*, non *ascendit*. Seqveretur ergò, gratiam nobis infusam ante ἀπολύτρωσιν τὴν ἐν χριστῷ Ιησ. Sanè illud δωρεὰν & χάρις supra λύτρον ponuntur ab Apostolo. 2. Conf. 2. Tim. 1. 9. Item Synomia hujus gratiæ Ephes. 2. 2. 4. 5. Tit. 3. 4. 5. 4. Illud

§. 4. חנם seu מתן vel δωρεὰν, qvæ vox notat 1. omnis *inhærentis* sive meritoriæ, sive non, *causalitatis justificandi negationem*. 2. *Causalitatis* ad effectum contrarium, qvi est damnatio, *positionem*. 3. Et tamen non obstante illâ sive negatione, sive causalitatis contrariæ positione, beneficii (justificationis) *gratuitam collationem*. 5. Habitus charitatis sub genere operum est. Errant illi ipsi *justificationem duplicantes, bonis operibus sive virtutem disponendi* & *de congruo merendi, sive virtutem merendi de congruo in ordine ad justificationem* sive 1. sive 2. imò & vitam æternam tribuentes, idq; non tantùm ratione *pacti:* sed & *valoris* ac *operis*. Unde illa *incertitudo gratiæ* Papistica. Refutantur illa omnia per has voces

§. 5. δωρεὰν, & τῇ αὐτοῦ χάριτι: per qvæ excluduntur

duntur *omnia opera, & merita humana*; & in universum omnis actio hominis sive per gratiam Dei, sive viribus naturæ facta, *etiam ipsa fides, si spectetur tanquam conditio magis vel minus digna*, sive ex se, sive ex æstimio per voluntatem Dei fidei superaddito. Qvæ ratio est §. 6.
oppositionis *operum & gratiæ* τὸ καλεῖν Rom. c. 9. 11. conf. c. 11. 6. 7. ubi, ut in electione ita & justificatione inconsistibiliter opposita memorantur, *opera & gratia*. Benè August. *Gratia Dei gratia erit nullo modo, nisi fuerit omni modo.* Idem cont. Pelagium rectè monet: *Non hic de gratia quæstionem esse, qvâ homo est conditus: sed qvâ sit salvus, per Dominum nostrum Jesum Christum.*

4. Uti in ipso æterno Consilio, *gratia uni-* §. 1.
*versalis* fuit inductivum ordinandi Mediatoris, & τὸ ἀπολυτρώσεως τὸ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ & hæc ipsa iterum, inductivum *decreti, vocationis, justificationis & glorificationis* (qvippe sine qvâ non poterat illa universalis Dei gratia seu benevolentia erga omnes homines in efficaciam intentam, ipsisq; Lapsis salutarem transire) atqve adeò ibi non potuit fieri *prædestinatio* per illud δωρεὰν & τῇ χάριτι abstractam: sed reqvirebatur ἡ ἀπολύτρωσις: §. 2.
idq; non consequenter ut effectus, sive medium adæqvatum exeqvendi prædestinationis

tionis decretum: sed an antecedenter, ut inductivum, & principium ipsius prædestinationis: ita ad justificationem non sufficit *gratia universalis* seu illud δωρεὰν & ἡ χάρις, qvippe qvæ concepta *ante Christi meritum*, non poterat esse causa adæqvata justificandi peccatoris: Sed gratiæ illi substernitur immediatè ἡ ἀπολύτρωσις seu *redemtio facta in Jesu Christo:* qvæ proinde *cum Gratiæ vocabulis* immediatè copulatur ab Apostolo, tanqvam *causa efficiens meritoria nostræ justificationis* v. 24. ubi Græcus textus formaliter ἀπολύ-
§. 3. τρωσιν subordinat τῇ χάριτι & dicit nos *gratiâ Dei justificari* διὰ τ ἀπολυτρώσεως, qvomodo etiam Lutherus noster distingvit: **Wir werden ohn Verdienst gerecht auß seiner Gnade / durch die Erlösung so durch Christum JEsum geschehen ist:** At Syrus ut causam æqvè principalissimam copulat *redemtionem & gratiam*, dum expressit: *Justificamur per gratiam & redemtionem* seu
§. 4. בטיבותא ובפורקנא דאיתהי ביד ישוע משיחא: neqve qvà rem ipsam interest inter τῇ χάριτι & διὰ τ ἀπολυτρώσεως, unde & Vulgatus expressit: *per gratiam ipsius, per redemtionem, qvæ est in Christo Jesu:* & omninò uti ordinatio λύτρου satisfactorii fluit

fluit à temperamento רַגְז & רַחֵם ſ. *miſericordiæ & vindicatricis juſtitiæ* Chbacuc c. 3. 2. ita & *Electio*, & *Juſtificatio* tàm fluit à λύτρῳ ſeu *Jeſu Chriſti merito*, qvippe exeqvendæ univerſalis gratiæ medio: qvàm à *Gratiâ*: ut ita in juſtificatione noſtrâ & Dei *ſatisfactionem vicariam* ordinantis, admittentis, imputantis, celebretur *gratia*, & ejusdem, ut à Chriſto Sangvinis λύτρον poſtulantis, nec ſine illo peccata remittentis *eſſentialis juſtitia*: ipſaq; juſtificatio ita ſit reſpectu noſtri *gratuita*, ut tamen in reſpectu ἀπολυτρώσεως ſit *in rigore ſatisfactoria*, Deo ſc. non exeqvente gratiam juſtificationis ſine *Lytro Sangvinis*. Refutandi ex hoc Paulino ſtereomate 1. *Sociniani*, & λύτρον, & ἀπολύτρωσιν propriè dictam, & ipſum ſatisfactionis Jeſu Chriſti *actum* planè negantes. §. 5. 2. *Calviniani* ἀπολύτρωσιν hanc ex Conſilio Dei Patris & Chriſti Redemtoris *ad ſolos abſolutè electos*, reſpectu omnis veræ efficientiæ, reſtringentes, miſſionem item, incarnationem redemtoris, totamq; ἀπολύτρωσιν, effectum adæqvatum & executivum prædeſtinationis ponentes, atqve adeò antecedentèr, meritum Jeſu Chriſti à prædeſtinatione excludentes, qvâ ratione divellitur redemtio Chriſti à gratiâ, & abnegatur eſſentialis Dei Juſtitia. Sicut enim

Deus

§. 6. Deus nullum peccatorem, δωρεὰν & ex gratiâ sine intercedente ἀπολυτρώσει Jesu Christi potest justificare: ita nec unqvam Deus potuit sine Antecessore Redemtore, & ἀπολυτρώσει ac satisfactione plenariâ prædestinare. Qvod ergò Deus conjungit, homo non separet: *Gratiam* sc. & *Lytron*, unde nostra liberatio à servitute mortis & Diaboli Heb. 2. 15. *à maledictione Legis* Gal. 4. 5. *ab inimicis nostris* Luc. 1. 71. ἀπολύτρωσις dicitur: qvia sc. *Filius hominis dedit animam suam* λύτρον ἀντὶ πολλῶν Matth. 20. 28. vel, qvod idem est, *dedit seipsum* ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων 1. Tim. 2. 3. Neqve

§. 7. minùs ut erronei ex clarissimo hoc textu refutandi 3. sunt, qvotqvot vel *essentiali Jesu Christi justitiâ* hominem justificari, cum Osiandro, vel ἀπολύτρωσιν illam, ut actum Mediatoris *solâ humanâ naturâ* absolvi, cum Stancaro, & Papismo, vel *efficientiam redemtionis divinam soli naturæ divinæ* τῷ λόγῳ *deberi*, cum Calviniismo, vel *sola* justitiâ *obedientiæ Christi passivæ* hominem coram Deo justificari, cum Piscatore statuunt. Refutantur illa

§. 8. tùm ex v. 24. de ἀπολυτρώσει, tùm ex illo qvod seqvitur *de propitiatorio & Sanguine* v. 25. Et de illo qvidem constabit facilè applicatio ex comparatione כפרת in *Sancto Sanctorum super Arcam fœderis*, cujus geminus

usus

usus vid. Exod. 25. 22. unde & patebit an in voce προσήκει sit respectus ad *propitiatorium*, quippe in *V. T. plerisque Apocryphum*, & soli S. Sacerdoti aliqvando conspicuum. Notetur autem Syrum illud ἱλαστήριον masculino genere expressisse per חוסיא s. Propitiatorem, ita ut Christus dicatur ἱλαστήριον s. victima iræ divinæ expitiatoria: unde statim mentio fit Sangvinis: qvia sc. nulla victima erat ἱλαστήριον sine Sangvine Heb. 8. 22. In usu tamen Veteris T. & LXX. prævalet Genus Neutrum, & respectus ad Arcæ Operculum qvomodo & Lutherus reddidit: Den Gnadenstuel Conf. Ep. ad Heb. c. 9 4. 7 11. 12. §. 9. *Sangvinem a. & mortem tractis* Phil. 2. 8 1. Pet. 1. 19. Act. 20. 28. meminit, propter satisfactionis Jesu Christi *terminum*, qvi fuit, qvando in cruce audita vox Salvatoris: τετέλεσται, postqvam sc. ἤδη πάντα τετέλεσται Joh. 19 28. Utramqve, qvæ vulgò distingvitur, *obedientiam Christi* tàm *activam* qvàm *passivam* complecti, utramqve adeo, & ἀποκαταλλαγὴν voce h. l. notari, & in justificatione credentibus imputari, tùm ex h. l. tùm ex aliis textibus facilè probatur. Propositus autem dicitur §. 10. Christus ut ἱλαστήριον universale: sed ordinatè, scilicet διὰ τῆς πίστεως, qvod proindè

statim addit Apostolus: Est qvidem Christus ἱλασμὸς pro peccatis totius mundi: sed οὐ βελῶ θελήματι, ut scilicet soli vivâ fide apprehendentes illam ἀπολύτρωσιν, efficacitèr & actualitèr illo universalitèr impetrato ἱλασμῷ fruantur. Atqve ita causis efficientibus principalibus, *instrumentalem* ordine subjicit Apostolus: memorans τὴν πίστιν ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι, seu *fidem relatam in JESU CHRISTI Sanguinem* (המנות דמו) seu *fidem Sanguinis* Syrus expressit, Lutherus etiam noster: **Durch den Glauben in seinem Blut**: rectiùs qvàm illi, qvi sive ad vocem ἱλαστήριον, sive ad verbum πεποίθησις formalitèr referunt, licet qvà rem ipsam necessaria sit *concomitantia illius αἵματι*, ἱλασμῷ & πεποίθησις, & eadem relatione *fides* feratur in ἱλαστήριον & αἵματι I. Χριστοῦ)

§. 11.

§. 1. §. Qvæ sequuntur post ἱλαστήριον & *fidem Sanguinis*, variis Interpretum relationibus & explicationibus intricata sunt. Textus habet: εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων, ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ. Πρὸς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ ἐν τῷ νῦν καιρῷ. Qvæstio principalis est, an eadem δικαιοσύνη θεοῦ notetur v. 25. & 26. & eadem utrobiqve

ἔνδειξις

ἔνδειξις scil. *Justitiæ imputatæ per fidem*, an verò gemina, ita ut illa in v. 25. sit ἔνδειξις *essentialis Dei justitiæ*: altera in v. 26. *Justitiæ Evangelicæ*: sed & illud quæritur, an πάρεσις ἁμαρτημάτων idem hic sit quod ἄφεσις ἁμαρτιῶν, scil. *remissio peccatorum*, quæ est de *formali ratione justificationis*. Si posterius, utrumque sibi constaret, sensus satis fidei & contextui Apostolico analogus talis esset. *Deum Patrem proponendo unigenitum filium, morti crucis traditum, & Sanguinis* ἱλαστήριον *atque adeò nonnisi Sanguine Filij peccata remittendo, hac ratione nobis quidem gratiam: at in puníto propitiatore Christo, & Sanguinem fundente, justitiam essentialem vindicatricem, utriusque adeò & gratiæ & justitiæ admirabilem temperaturam demonstrare: fuisse autem illam* πρόθεσιν ἱλαστηρίου, *& illam ipsam propitiationem Sanguinis* Διὰ τὴν πάρεσιν τῶν γεγονότων ἁμαρτημάτων *propter remissionem præexistentium peccatorum, quæ adusque actualem illius* ἱλαστηρίου ἐν αἵματι *præstationem fuerint* ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ, *ut justitia Evangelica, dato in mortem crucis, & ἱλαστηρίου Sanguinis, Filio, plenissimè revelaretur* ἐν τῷ νῦν καιρῷ: *atque ita in Justificatione, per Filij Sanguinem, mortem, satisfactionem, demonstrari justitiam illam Dei essentia-*

§. 25.

*lem: per gratuitam autem resp. nostri peccatorum remissionem, & meriti Iesu Christi imputationem, justitiam Evangelicam:* pro qvo gemino re-
§. 3. spectu τῆς ἐνδείξεως & justitiæ, facit, geminum, qvod Apostolus subjungit illius ἐνδείξεως effectum 1. εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δικαίον (qvod respondeat priori ἐνδείξει:) 2. εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως Ἰησοῦ (qvod respondet ἐνδείξει posteriori) cœterum δικαιοσυνῶν in uno eodemq; textu, tàm variè sumi, durum: omninò autem ita illa se habet in v. 25. uti in v. 21. 22. postulat id seqvela textus: neqve patet, qvomodo alia ἔνδειξις v 25 alia v. 26. Neqve duplicatio illa v.
§. 4. 26. *Ut sit ipse* (Deus) *justus & justificans eum, qvi est ex fide Iesu*, talem justitiæ duplicationem cogit: qvia clausula illa ex *positiva hac Apostolica* longè faciliùs fluit sive illud *de Deo justo* reflectatur ad ἀπολύτρωσιν & ἱλαστήριον αἷμα sive ad illud: πάντες ἥμαρτον v. 23. Hoc ipso enim, qvod *omnes peccaverunt, ac deficiuntur gloria Dei, manet solus Deus justus:* hoc ipso autem, *qvod Peccatores justificantur gratis, per redemtionem factam in Iesu Christo, Deus justificat eum, qvi est ex fide Iesu.* Sed & illud: διὰ πάρεσιν γεγενημένων ἁμαρτημάτων reddere: *Propter remissionem peccatorum*

*torum quæ antecesserunt*, illo sensu quo ἄφεσις ἁμαρτιῶν aliàs sumitur, contra vocis etymologiam & usum, etsi hic nonnisi semel in N. T. hoc sc. loco occurrit. In sensu, inquam, ἀφέσεως, nam aliàs *per remissionem* illam cum Vulgato exprimere nihil prohibet, illo sc. sensu, quo idem illud Apostoli: Hebr. 12. 12. Τὰς παρειμένας χεῖρας ἀνορθώσατε expressit: *Remissas manus erigite*: πάρεσις est à παρίεσθαι, in quo prætereundi significatio, quam proinde hîc usurpavit Beza reddens: *Prætereundo peccata, quæ antecesserunt*: at illa ipsa vox in usu famoso *remissionem seu dissolutionem*, quæ *intensioni, firmitati ac roburi* opponitur, significat. Doctissimus Budæus: Πάρεσις, inquit, *est defectio & langvor, & virium corporis & extenuatio ac tabes*. Atque hinc illæ interpretationes Chrysostomi, & aliorum, de mundo ante Christum paralytico sc *Deus, cum videret mundum peccatis præcedentibus oppressum contabescere ac veluti paralyticum iacere sine spe salutis, misericordia motum, misisse, Christum Medicum & Propitiatorem*. Patet autem, *remissionis* vocabulum in Vulgato hâc ratione planè aliter sumendum sc. resp. *peccatorum antecedentium* seu τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων, non *passivè*, quasi *peccata illa*

§. 5.

§. 6.

*dicantur remissa:* sed active, *qvod peccata illa talem remissionem seu Paralysin universalem fecerint.* Sed illud *de mundo paralytico* parum
§. 7. τῇ πίστει ἀνάλογον. Syrus illud vocabulum planè omisit: uti & primam ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ; idem illud ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ ad v. 26. trajecit: Statuimus omninò Lutherum nostrum illam ἔνδειξιν justitiæ utrobiqve rectè expressisse: **Damit er die Gerechtigkeit die vor ihm gilt darbiete;** atqve adeò una eademq; utrobiqve & justitia notatur, & ἔνδειξις: qvo supposito, sponte suâ talis fluit sensus: *Deus proposuit Christum propitiatorium per fidem in Sangvine ipsius, ad demonstrationem Iustitiæ suæ (propter dilatam* hactenus sub illo *divinæ tolerantiæ tempore, peccatorum, qvæ antecesserunt, punitionem,* id enim hic est πάρεσις ac si dicas, *remissiorem tractationem, præteritionem:* cui opponitur ἀπολύτρωσις αἵματος v. 24. 25.) *ad demonstrationem,* inqvam, *Iustitiæ suæ*
§. 8. ἐν τῷ νῦν καιρῷ. Hactenus scil. Deus fuit ὑπεριδὼν χρόνους ἀγνοίας Act 17. 30. & qvasi עובר על פשע: fuit *tempus tolerantiæ divinæ,* sub qvo fuit πάρεσις ἁμαρτημάτων, *plenissima actualiq;* illorum punitione, & satisfactione, *reservata Agno Dei, qvi tolleret peccata mundi;*

*mundi*: at ἐν τῷ νῦν καιρῷ, dum homo JESUS CHRISTUS seipsum dat λύτρον, dum *fundit sanguinem proprium*, & actu ipso in rigore punitur pro peccatis hominum, in plenissimo potentissimoq; robore procedit, & demonstratur *Iustitia illa quæ valet coram Deo*, quà sc. *justificamur gratis per redemtionem factam in Iesu Christo*. Atqve ita Deus *proposuit Christum* ἱλαστήριον *per fidem in Sanguinem*, ut, cum πεπαρεθηκὼς ἁμαρτήματα qvippe Mediatori Christo imposita, & imponenda hactenus nullâ actuali punitione executus fuerit: sed virtute satisfactoris præteriverit, & temporibus N. T. adusqve actualem illam ἀπολύτρωσιν executionem reservaverit, ἐν τῷ νῦν, s. hoc tempore Christum actualitèr puniendo, & illius ἀπολύτρωσιν jam consumatam imputando, pleno orbe fulgeret in toto *orbe justitia quæ valet coram Deo*. & sic appareret Deum esse & justum, & ex fide Jesu justificantem. §. 9.

6. Ad Conclusionem Apostolus descendit occasione geminæ qvæstionis 1. *Ubi sit gloriatio?* s. An ulla homini peccatori superstit ante & extra Christum gloriatio? Cumq; negetur hæc universalitèr, tanqvam penitus exclusa: Seqvitur qvæstio 2. *Per qvam Legem illa sit exclusa?* Respondetur *per Legem non* §. 1.

*operum sed fidei*, qvæ scilicet omnem salutis nostræ gloriam Deo in solidum vendicat: v. 27. qvà supposita sequitur *Conclusio formalis* v. 28. & ille λογισμὸς Apostolicus, ex supernaturali revelatione profectus (neqve enim *Caro & Sangvis* facere potest talem λογισμὸν) *de fide justificante absqve operibus legis, & adeò fide tantum justificante:* Conf. Luc. 8. 10. Gal. 2. 6. qvà formam oppositionis. Objici po-

§. 2. terat: *Illud* δικαιοῦσθαι πίστ *privilegium solorum esse Judæorum.* Occupat Apostolus tali protheſi v. 30. *Deus tàm est Deus Gentium, qvam Judæorum:* neqve semper uni populo Judaico debet privilegium, qvale illi sub V. T. est concessum. E. *eodem modo, qvo Judæi, Gentiles qvoqve sunt justificandi*, ut ita sicut unus creationis & redemtionis: ita qvoqve justificationis omnium modus sit. Objici

§. 3. poterat iteram: *aboleri, per justitiam fidei, Legem, tolli bona opera:* Respondet Apostolus: *Justitia fidei Legem potiùs stabilit, qvàm cassam reddit* v. 31. dum sc. illum qvi est *finis Legis*, & ejusdem impletor consumatissimus, qvi item meruit, ut in omni credente sit δικαίωμα τ νόμ, ostendit.

§. 1. 7. Dixerat Apostolus supra c 3. 21. *Justitiam Dei* χωρὶς νόμ esse μαρτ ὑπὸ νόμ κὴ προφητῶν, Id nunc probat toto

toto cap. 4. *pro testimonio Legis* proponens *Exemplum Abrahami* ex Gen. 15 6. *pro testimonio Prophetarum*, testimonium *Davidis* ex Psal. 32. 1. 2 3. qvo qvasi interpositio seu parentheticè posito, redit ad exemplum Abrahami, qvi proinde non consideratus sub notione *unius privati individui*, nec sub notione *fidelis cujuslibet:* sed ut ὁ πατὴρ ἡμῶν, vel, juxta Syrum, *Princeps Patrum*, ut exemplar Filiorum, hîc repræsentatur, ut conclusio ex exemplo Abrahami talis seqvi possit, qvalis est c. 4. 23. 24. Respectus ille Exempli Exemplaris in primo statim versu in Abrahami titulo indicatur, ubi, ut id obiter notemus, insignem, *Fallaciam compositionis & divisionis* commisit Vulgatus, voces κ̄ς σάρκα cum *paternitate* conjungendo, qvæ immediatè nectendæ cum voce εὑρηκέναι. *Paternitas Abrahami*, qvalis hîc describitur, non est κ̄ς σάρκα conf. v. 11. 12. An autem Abrahamus *Pater noster invenerit* §. 2. *justitiam* κ̄ς σάρκα? Apostolus in v. 1. qværit, non ponit. Ex sanctissimo illo *de fide Abrahami* Cimelio Mosaico, qvod respectu actuum est παλίνδρομον & reciprocum sc. *Abraham credit in JHOVAH* (in CHRISTUM promissum) & *JHOVAH æstimat illud credere ipsi Abrahamo in justitiam* Gen. 15. 6. argumentatur Apostolus: *Qvicunqve est* ἐργαζόμενος §. 3.

*illi merces imputatur secundum debitum. At Abrahamo merces imputata est non secundùm debitum* (sed secundùm gratiam) *E. Abrahamus non fuit* ἐργαζόμενος *i.e. justificatus ex operibus.* 2. *Cuicunque ut credenti in Deum justificantem, impium, fides imputatur in justitiam, ille non est* ἐργαζόμενος. *Abrahamo* &c. E.

§. 1. 8. Cum Mose per particulam καὶ *David* copulatur ex Classe *Prophetarum*, Evangelista maximus. Argumentum generale: *Ita se habet justificatio hominis peccatoris coram Deo,* καθάπερ Δαβὶδ λέγει τὸ μακαρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου. Atqve in λογισμῷ δικαιοσύνης χωρὶς ἔργων David ponit beatitudinem hominis E. v. 6. Minorem probat v. 7. & 8. ex Psalmo 32. 1. 2. qvia sc. David justificationem hominis describit 1. per נְשׂוּי פֶּשַׁע *s. transgressionum remissionem.* 2. כְּסוּי חַטָּאָה *s. peccatorum tectionem.* 3. לֹא חָשַׁב עָוֹן

§. 2. seu, *iniqvitatis non imputationem.* Atqve ita se habet Argumentum Davidicum, in qvo tres illi termini *remissionis, tectionis non imputationis* ita sumendi, ut *æqvipolleant* termino qvi est in *positivâ Apostolicâ*: sc. *imputatio justitiæ Jesu Christi sine operibus.* Vid. v. 6. Nugæ sunt, qvando Becanus: *Fidem in justitiam imputari* phrasin dicit esse Apostolicam: non item alteram: *Justitiâ Christi imputatâ nos justificari,*

*ficari*, qvam nullibi dicit in Apostolo reperiri: Contra clarissimus est hic versus 6. *Beatitudo est hominis, cui Deus imputat justitiam.*

9. Ad principale Argumentum, cujus propositio est v. 1. & 23. assumtio v. 3. redit Apostolus â v 9 nexu evidenti. Qværit sc. *an μακαρισμὸς ille dicto Davidis expressus tantùm ad Judæos, an etiam ad Gentes pertinent?* Affirmat Apostolus posterius, estq; illi in promtu ratio. Si *μακαρισμὸς ille* s. *imputatio fidei ad justitiam contigit Abrahamo in præputio, eandemq; in præputio acceptam fidei justitiam multis annis post demum obsignavit circumcisio.* E. *illa justitia fidei & μακαρισμὸς tàm in præputium cadit, qvàm circumcisionem*, atqve adeò Abraham in justificatione exemplari, tàm est *Pater credentium in præputio, qvàm in circumcisione* v. 10. 11. 12. ubi notetur Character filiationis Abrahami, sed, E. sententia Davidis est universalis, sc. *Omnes illi sunt beati, qvibus Deus imputat justitiam absqve operibus* vid. sup. v. 6. Seu, qvod idem est, *Beatitudo est χωρὶς νόμου per justitiam fidei.* Pro hâc ipsâ Conclusione subjicit ex superiori Exemplo Abrahami seqventia argumenta & πείσματα 1. *Abrahamus non per legem factus hæreditarius mundi: sed per justitiam fidei.* E. *nobis qvoqve promissio τῆ μακαρισμῶ.* v. 13. 2. *Si daretur κληρονομία*

§. 1.

§. 2.

vitæ

vitæ æternæ *Legalis, evacuata esset fides, & abolita promissio.* Absurdum autem posteriùs: pactum sc. Dei juratum aboleri E. v. 14. 3. *Quod iram operatur*, illud coram Deo non justificat. *Lex* &c. E. Probat majorem: qvia: *Ubi non est Lex, ibi non est transgressio* v. 15. Argumenti hujus & paradoxi Apostolici explicatio datur c. 7. Manet ergò Conclusio gemina superior

§. 3. 1. *Hæreditas vitæ æternæ est ex fide, per gratiam.* 2. *Totum semen Abrahami* i. e. *tàm Iudei fideles circumcisi*, qvi sunt τὸ σπέρμα ὐκ ἐκ νόμυ sc. credentes ita, ut tamen addita sit obligatio circumcisionis, *qvàm Gentiles incircumcisi*, qvi sunt τὸ σπέρμα ὐκ ἐκ τῆς πίστως exclusivè sine obligatione circumcisionis, *justificantur coram Deo per justitiam fidei* v. 16. & sic manet, qvod in titulo capitis dixerat: *Abrahamum esse Patrem omnium nostrûm.* Conf. v. 1. & 16.

§. 1. 10. *Paternitatem* illam *Abrahami*, qvâ constitutus est אב המון גוים, Apostolus 1. ex *responso Dei prophetico* Gen. 15. 5. c. 17. 4. 5. &c. probat. 2. fundamentum illius *paternitatis* reduplicativè determinat utrumqve v. 17. Abrahamus sc. est *Pater omnium nostrûm*, κατέναντι ὃ ἐπίστευσε ex ipsâ ordinatione Dei, *coram Deo*, & respectu *fidei*, *qvæ credidit Deo vivificanti mortuos, & vocanti qvæ non sunt, tanqvam sint.*

§. 2. Hâc occasione Fidem *Patris credentium*

*dentium Abrahami* commendat à sublimibus qvibusdam excellentiæ signis, qvalia 1. qvod promittente Deo *fore Abrahamum Patrem multarum gentium* & seminis benedicti ac benedicturi omnibus gentibus, *crediderit contra spem* (qvia sc. Abrahami centenarii corpus jam erat emortuum, nec minus Saræ uterus v. 19.) *sub spe* (in certissimâ spe promissioni innitente, & non confundentn) v. 18. 2. Qvod *minimè infirmus fide fuerit* v. 19. nedum *per incredulitatem ad promissionem Dei addubitaverit: sed fide corroboratus Deo gloriam dederit: plenissimè* sc. *certiorratus, Deum id qvod promiserat, qvoqve præstare posse* v. 21. His igitur tàm excellentibus §. 3.
signis Deo hominibusq; constabat veram *vivamq; esse fidem Abrahami*, & qvia fuit vera & viva fides, διὸ καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην qvæ est conclusio Apostoli v. 22.

11. Hactenus justificationem *in Abrahamo* §. 1.
*Patre* ostendit Apostolus: nunc in *Filiis*: hoc ipso ostendens argumentum superius *ab Abrahamo ad omnes justificandos* non esse merè particulare: sed illationis virtute universale, & sicuti ibi nectebatur *modus justificationis Abrahami cum nostro* per simplicem identitatem: ita hîc, post Conclusionem de Abrahamo: *Cui fides imputata est ad justitiam:* immediate subjicit modum justificationis nostræ: *Non scriptum*

*ptum est propter Abrahamum solùm* (illud sc. de imputatâ justitiâ) *sed etiam propter nos, qvibus paritèr futurum est, ut imputetur* (fides sc. in justitiam) cumq; in justificatione nostrâ maxi-
§. 2. mè operetur ἀπολύτρωσις αἵματος, *mors & resurrectio Christi*, proinde Disputationem hanc recapitulaturus ponit tale breviarium: *Iis qvi credunt in Deum, qvi suscitavit Jesum Dominum nostrum ex mortuis, fides imputatur ad justitiam*, in qvo cum & *mortis & resurrectionis* JESU CHRISTI fiat mentio, proinde illud *justificationis* & possibilis & actualis *fundamentum*, & *causam meritoriam*, hoc insigni aureolo obsignat: *Christus est* (morti) *traditus propter offensas nostras & suscitatus propter nostri justificationem* v. 24. 25.

§. 1. 12. De justificationē resp. V. & N. T. hæc habet Socinus Synopsi 1. de justif. *Est qvidem sub utroqve fœdere eadem hominis coram Deo justificandi ratio, qvatenus utrobiqve ex parte Dei reqviritur peccatorum remiissio, ex hominum verò parte resipiscentia, & præceptorum Dei in posterum obedientia: qvæ illa fides est revera, qvæ semper hominem Deo acceptum reddit, & redditum est: sed tamen qvia obedientia, qvam à nobis Deus reqvirit in novo fœdere, non eadem planè est cum eâ, qvem in veteri fœdere reqvirebat: sed multò qvàm illa absolutior, atqve præstantior, idcircò non sunt hæ tractationes confundandæ: nec una*

cum

*cum alterâ justificandi ratione miscenda: præsertim, uti de rudibus in religione Christianâ instituendis agitur. Itaque vela tantùm in medium producenda sunt, quæ ad justificationem nostram sub N.T. pertinent, vel, si ea quoque proferuntur, quæ ad T.V. sunt referenda, diligenter prius inter utrumque fœdus in hoc justificationis negotio distinguendum est. Licet autem non omninò eodem modo utrobique homines justificentur coram Deo, tamen hoc perpetuum est, ut nemo justificetur coram Deo, nisi cui Deus gratuitò peccata remittat, id autem nemini contingere, nisi qui resipiscat, Deoq; in futurum se obediente præstet.* Etronea hîc §. 2.
& hæretica qvamplurima 1. *A ratione justificationis in V.T. non esse argumentandum ad rationem justificationis in N.T.* nec utrobiqve homines justificari coram Deo *eodem modo*, qvod est contra expressum Apostoli ex *Mose & Davide* argumentum in hoc capite. 2. *Justificationem hominis coram Deo utrobiq; tàm in V. qvàm N.T. absolvi à parte Dei solâ peccatorum remissione* (abstractâ & negatâ realissimâ JESU CHRISTI satisfactione, & illâ ἀπολυτρώσει s. redemtione sangvinis, propositoq; illo ἱλαστηρίῳ vid. c. 3. 24.) *à parte hominis solâ resipiscentiâ & præceptorum Dei obedientiâ:* est expressè contra textum Paulinum c. 3 24. ubi in sensu composito sumitur illud δωρεὰν & ἡ ἀπολυτρω-

ἀπολυτρωσις ἡ ἐν Χριστῷ Ιησοῦ c. 4. 3. 4. 16. 23. 3. *Fidem justificantem nihil aliud esse quam obedientiam*, cujus objecta sint *tùm per Mosen in Lege lata, nec per Christum abrogata: tùm per Christum Legi addita*, uti Catech. Racov. loquitur p. 246. Solet eadem Catechesis distinguere inter *fiduciam in Deum & Christum* & inter *obedientiam mandatorum Dei & Christi*, ut definitivè complexa in fide justificante: cæterum prætetqvam qvod *fiducia in Deum promittentem*, malè opponitur *fiduciæ satisfactionis Jesu Christi*, cumprimis voce fidei *obedientiam* intelligunt, qvam dicunt esse *fidei formam & complementum*. At illi ipsi paritèr *bona opera* dicunt esse *formam fidei*. vid. Smalc. disp. 2. de pœnit. fol. 362. disp. 7. de bon. oper. fol 22. E. fides justificans juxta Socin. sunt *bona opera*, qvæ ipsa generali vocabulo sunt *obedientia*. §. 3.

Contra in c. 3. 25. memorantur πίστις ἐν τῷ αἵματι Ιησοῦ Χριστοῦ v. 6. πίστις Ιησοῦ c. 4. 5. πίστις δικαιοσύνης conf. v. 24. 25. Qvin in totâ hâc tractatione perpetua est *fidei justificantis & operum, in justificatione* oppositio. Abraham dicitur fuisse μὴ ἐργαζόμενος, ἀλλὰ πιστεύων &c. c. 4. 5. 4 *In N. T. requiri multò absolutiorem & præstantiorem obedientiam, qvàm in V. T.* & adeò *absolutiorem qvoque fidem*. qvod falsum esse, alibi probatum. §. 4.

# FRUCTUS JUSTIFICATIONIS PRIMUS QVI EST PAX APUD DEUM.

## ex toto Capite V.

### THESIS I.

ABsoluto *justificationis* dogmate; ad *Fructus justificationis* procedit Apostolus; à c. 5. atqve ubi hactenus egit de *subjecto justificando*, ita nunc de *justificato*. §. 1.

Patet illa seqvela & distinctio argumentorum ex v. 1. ubi subjectum ponitur: δικαιωθέντες ἐκ πίστεως s. *jam ex fide justificati*; & primus *justificationis fructus* per particulam ἄρα ut per viam causalitatis educitur ex *justificatione* jam suppositâ & adeò naturâ causâqj etsi non tempore, priore. Fructus ille justitiæ Fidei primus uno verbo est PAX seu εἰρήνη πρὸς τὸν θεὸν v. 1. conf. Rom. 14. 17. *Habetur* autem pax illa *per Dominum nostrum Iesum Christum*: ibid. v. 1. Notetur hîc trifolium Apostolicum παλιλλόγημον in v. 1. & 2. cujus hæc est seqvela 1. *per fidem sanguinis*, seu τὴν ἀπολύτρωσιν τὴν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ vid. c. 3. 24. *sumus justificati*. 2. Justificati, *per Dominum nostrum I. C. habemus pacem apud Deum*. 3. *Per Fidem in eundem D. N. I. C. accessum*

*habuimus in hanc ipsam gratiam, in qvâ stamus*

§. 3. v. 2. Notetur in ipsâ seqvelâ particula καὶ in v. 2. & mutatio temporum in verbo *habendi*: de *Pace* dicitur: εἰρήνην ἔχομεν v. 1. de *accessu* seu *adductione ad gratiam in qvâ stamus* dicitur: ἐσχήκαμεν: atqve adeò gratia & προσαγωγὴ *illa in gratiam* ponitur ante εἰρήνην illam πρὸς τὸν Θεόν, & reflectitur ad *ipsam justificationem* ἐκ πίστεως unde incipiebat in c. 5. Apostolus: qvod est contra illos

§. 4. qvi τὴν χάριν ταύτην in v. 2. simplicitèr reflecti putant ad τὴν εἰρήνην πρὸς τὸν Θεόν in v 1. juxta qvos etiam à tavtologia vix liberari poterat superior Trias Apostolica: esset enim talis seqvela: *Per Iesum Christum habemus pacem apud Deum: per qvem etiam habuimus accessum in pacem apud Deum:* qvis dubitat: *per qvem habemus pacem, per illum etiam*

§. 5. *nos adductos esse in pacem.* Ordinatio ergò talis est: *Per Iesum Christum credentes primò omnium adducti sunt ad gratiam justificationis* sc. & *applicatæ reconciliationis:* & adeò qvia in illa gratiâ stant, sc. *imputatæ* justitiæ & *reconciliationis per sanguinem factæ, habent Pacem apud Deum per eundem D. N. I. C. seu per eundem sunt in statu Pacis & reconciliationis.* Vox ἐσήκαμεν & pro *præterito* & *præsenti* supponit: illud propter relationem ad ἔχομεν: antecedens

tecedens hoc propter relationem copulativam ad καυχώμεθα sequens: in *gratiâ ergò justitiæ, fidei* & *primò omnium* positi sumus, & post *pacem apud Deum* stamus: illud non temporis sed *causalitatis prioritate* intelligendum, illo modo, *quo Sol prior est radiis* & *Lumine*, naturâ sc. non temporum intervallis, satis notum est.

2 Ita omnia in solidum JESU CHRISTO vendicat Apostolus; sed nonnisi *fide apprehenso.* Per CHRISTUM f. *fide in Christum justificamur:* Per Christum habemus *pacem apud Deum:* per Christum *ad gratiam pervenimus:* per *fidem in Christum in gratia stamus* & *gloriamur in spe gloriæ Dei.* Ita & *prima justificationis gratia*, & *status in illa*, & *Dei gloria* non ullis nostris operibus sive meritis: sed *soli fidei Christum* s. ἱλαστήριον & ἀπολύτρωσιν αἵματι *apprehendenti* adscribitur. Etrant adeò qui *justificationem* duplicant, qui §. 2. utramque Operibus: alteram etiam *merito de condigno* adscribunt, qui sive de præsenti gratiæ statu sive *de finali perseverantiâ* incertitudinem perpetuam inculcant, vel *certitudinem absolutam* ex dogmate particularissimo per Circulum formant, qui *bona opera medium* ponunt *salutis retinendæ*, & hoc sensu illa *ad salutem necessaria* defendunt contra illud Apo-

stoli: τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην ἐσχήκαμεν, τῇ πίστει ἑστήκαμεν. *Fides*, ait pulchrè August. l. de nat. & grat. c. 44. *Sanavit antiquos, quæ sanat & nos: Fides Mediatoris Dei & hominum, hominis Iesu Christi. Fides Sanguinis ejus. Fides crucis ejus: Fides mortis & resurrectionis ejus.*

§. 1. 3. Pacis illius s. εἰρήνης πρὸς τὸν Θεὸν signum ponitur *triplex gloriatio* sc. 1. *gloriatio sperata Dei gloriæ* seu *vitæ æternæ*, de qvâ qvia *omnis justificatus* certus esse potest, proinde qvoqve illi semper licet *gaudere & gloriari in Domino* vel שמוח עלוץ לפני אלהים Psal. 68. 3. 2. Gloriatio ἐν τῇ θλίψεσιν i. e. *de afflictionibus* v. 3. &c. 3. Gloriatio *ipsius reconciliationis* vel *gloriatio de Deo per Dominum Iesum Christum, ut reconciliatorem* v. 11. sequela triplicis hujus καυχήσεως evidens est v. 3. & 11. ex particulis, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ

§. 2. καὶ. Admirabilis autem est Ordinatio *Objectorum* seu *capitum gloriationis* Apostolica. Est sanè prior ἡ κατάλλαγή, qvàm vel ἡ θλῖψις, vel ὑπομονή: hæc autem, resp. exercitii & gradus est prior τῇ ἐλπίδι, qvia fructus τῆς θλίψεως μετ' ὑπομονῆς est ἡ ἐλπὶς ἡ οὐ καταισχύνουσα v. 5. at Apostolus *à gloriatione spei* ascendit *ad gloriationem reconciliationis*,

ut ita

ut ita qvi à reconciliatione ſ. *Pace apud Deum* cœperat v. 1. ad illam ipſam redeat, tùm propter occaſionem argumenti *præcedentis* v. 8. 9. 10. 11. tùm *conſeqventis* à v. 12. unde comparatio *prævaricatoris Adami*, & *unius reconciliatoris Chriſti* incipit, & omnes illas *tres gloriationes* effectus ponat *gratiæ juſtificationis* v. 2. ne qvis putet *ſpem gloriæ* nullo modo eſſe ante exercitam τῆς ὑπομονῆς ἐν τῇ θλίψεσιν. *Gloriationis* illius *in afflictionibus* (qvæ non minùs, §. 3.
qvàm 1. & 3. propria eſt juſtificatorum & adeò non datur extra Eccleſiam) inductivum ponitur *triplex effectus ſubordinatus* ſc. 1. ὑπομονὴ ſeu *tolerantia*. 2. δοκιμὴ ſeu *experientia*. 3. *Spes non pudefaciens*: qvà Occaſione ponit 1. reconciliationis ſignum ſc. *Charitatem Dei per Spiritum S. datum in juſtificatione effuſam in cordibus noſtris*. v. 5. 2. Reconciliationis illius medium ſeu fundamentum, qvod eſt *mors Chriſti* v. 6. 7. 8. 9. 3. Reconciliationis illius medium ſeu fundamentum, qvod eſt *Vita Chriſti* v. 10. atqve ſic itur ad gloriationem tertiam v. 11. & ab hâc ad *comparationem* ſuprà memoratam *Adami & Chriſti* à v. 12.

4. Nexus ſigni & fundamenti & *commen-* §. 1.
*datio charitatis Dei* objectis diſtinctæ: ut ſc. vel pro objecto formali habet *impios* v. 6. *peccatores* v. 8. *inimicos* v. 10. vel *reconciliatos*, *juſtificatos*,

catos, servandos v. 9 10. Unde Apostolus infert: Si Christus ex immensa dilectione mortuus est ὑπὲρ ἀσεβῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων, ὑπὲρ ἐχθρῶν, & Deus per mortem filii sibi *reconciliavit inimicos*, multò magis per *vitam Christi servabit inreconciliatos*. Sed prius. E. & posterius. Major est in v. 8. 9 10. Minor v. 6. 7. 8. Notetur ergò circa
§. 2. hunc textum 1. *Eorum pro quibus Christus mortuus est conditio*, quæ præterquam quod v. 8. 10. terminis supra memoratis exprimitur ex professo v. 6. & 7. describitur. Versus textus ita habet: ἔτι γὰρ Χριστὸς ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε: quæ verba eum non careant controversia, notabimus paucula. Vulgatus expressit: *Ut quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus, secun-*
§. 3. *dum tempus pro impiis mortuus est.* Pro ἔτι legisse εἰς τί, vel ἵνα τί, quod Vulgato passim est: *Ut quid* conjicit Estius; potuit ita esse: etsi in v. 5. positum illum ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν rectè expressit Vulgatus: *cum adhuc peccatores essemus*: sed & potuit interpositio Χριστὸς in v. 6. alium particulæ illius ἔτι usum Vulgato persvadere. Sed hoc leve est: Omninò illud, ἔτι ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν in v. 6. & ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν in v. 8.

in v. 8. positus est parallelus (cui nec *Syrus* satisfacit tùm resp. particulæ ἔτι, tùm γὰρ, tùm ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν) & qvi paulò post dicuntur ἀσεβεῖς, ἁμαρτωλοὶ, ἐχθροὶ, illi hic dicuntur ἀσθενεῖς (ita ut non *virium parvitas* sed *nullitas* notetur) sc. *omnibus viribus spiritualibus destituti:* nec adeò ita se habet hæc ἀσθένεια, prout vel respectu *mortalitatis & corruptibilitatis* corpus τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν dicitur *seminari* ἐν ἀσθενείᾳ 1. Cor. 15. 43. vel prout Sancti *afflictiones & persecutiones suas*, ἀσθένειαν vocant conf. 2 Cor. 11. 23. & c. 12. 9. imò sentiunt sepè *Spiritum promtum, Carnem infirmam*, Matth 26. 41. vel, qvomodo dicimur habere ἀρχιερέα δυνάμενον συμπαθῆσαι τῶν ἀσθενείαις ἡμῶν Ebr. 4. 14. 15. vel, qvomodo dantur ἀσθενοῦντες τῇ πίστει de qvibus passim Ep. ad Rom. c. 14. 15. 1. Cor. 18. 10. qvibus qvi se accommodat, is qvoqve ἀσθενεῖν dicitur exemplo Apostoli 2. Cor. 11. 29. qvi factus est infirmus infirmis 1. Cor. 9. 21. vel qvomodo decantatur ἀσθένεια legalis seu τὸ ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελὲς *Sacerdotij Levitici & qvorundam ceremonialium* Coloss. 2. 20. Gal 4. 9. Hebr. 7. 18. neqve adeò Christus dicitur *mortuus pro langvidis, pro pronis ad malum*, sed *pro omni robore & virtute spirituali prorsus priva-*

§. 4.

§. 5.

*tis, & in summè contemtibili & desperato maledictionis statu positis.* Tales ἀσθενεῖς objecti sunt *Christo ut Medico*, curandi sangvinis ἀντιλύτρῳ, non qvi ita saltem sunt אמללים, uti in Psal. 6. 3. clamat David: חנני יהוה כי אמלל אני hoc enim modo אמללים sentiunt se etiam *Sancti* qvatenus *ex parte* & *secundum veterem hominem* adhuc sunt σαρκικοὶ

§. 6. Roman. 7. 14. De vocibus illis κατὰ καιρὸν qværitur, *an referendæ sint antecedenter ad illud* ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν, *an consequentèr ad illud* ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε. Non caret sensu satis pulchro utraqve relatio. Juxta priorem, *duplex* notaretur *status* seu *tempus* hominis, *unum peccati*, *alterum justitiæ*, ita ut καιρὸς ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν opponatur καιρῷ δικαιωθέντων ἡμῶν ἐκ πίστεως: juxta posteriorem notaretur *duplex Status Christi*, unus, qvi esset καιρὸς ταπεινώσεως s. *exinanitionis*, alter, καιρὸς ὑπερυψώσεως s. *exaltationis*: ad illum *mors Christi*: ad hunc *vita Christi gloriosa in cœlis*, pertinet: utriusqve mentio in

§. 7. textu, & *mortis* & *vitæ* v. 8. 9. 10. Qvin ab illâ ad hanc argumentatur Apostolus, atqve adeò pulcherrima est argumentatio Apostoli: *Si Christus pro inimicis est mortuus* κατὰ καιρὸν κενώσεως: *multò magis, nunc* κατὰ καιρὸν ὑπερυψώ-

ὑπερυψώσεως, *ubi resuscitatus, sedet ad dextram Dei Patris, & gloriosè interpellat pro nobis, servabit* ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ *reconciliatos, justificatos.* Facit id pro posteriori sententiâ, uti & qvod *temporis mentio, incarnationi* potiùs & *redemtioni* factæ in *plenitudine temporis* (definiti & constituti à patre) qvàm *statui miseriæ nostræ* in Scripturis vendicatur; neq; ipsa vox καιρὸς, qvæ *tempus oportunum ad aliqvid agendum* notat, τῆς ἀσθενείας statui convenit: & habet hæc proprior relatio autoritates, Hieron. ep. ad Algas. qvæst. 7. Theophyl & Oecumen. in Commentariis. Argumentatio ergò v. 6. §. 8. qvæ est probatio antecedentis conseqventiæ ita se habet: *Si tanta erga nos fuit Christi charitas, ut pro nobis qvando adhuc eramus infirmi, & proinde* ἀσεβεῖς *s. injusti & peccatores, mortuus sit, Ergò dabit nobis Spiritum S. per qvem diffundetur charitas Dei in cordibus nostris, nec adeò spes promissionis æternæ gloriæ pudefaciet.* Sed verum est prius. E. & posterius. Majorem collatione amplificat v. 7. *Si vix reperietur inter mortales, qvi pro justo homine liberando velit se dare in mortem, vel pro bono homine mori in animum inducat, multò minùs dabitur, qvi moriatur pro impiis. At Christus mortuus* ὑπὲρ ἀσεβῶν. E De Commento *Marcionis* per *justum* intelligentis *Deum Legis*: per *bonum*

*Deum Evangelij*, & Arii per illum intelligentis *Christum:* per *bonum, Deum Patrem*, non locus est dicendi, nec meretur id absurditas hæretici dogmatis.

§. 1. 5. Fuit hactenus reconciliationis signum, & reconciliationis fundamentum: hoc sc. fuit *mors Christi:* ubi proposita ab Apostolo 1. *eorum pro qvibus Christus est mortuus conditio* v. 6. 2. *Voluntatis humanæ cum facto Dei collatio* v. 7. Seqvitur nunc inde 3. *amoris divini erga peccatores demonstratio, & fiducialis exinde Apostoli collatio* v. 8. 9. 10. est autem collectio duplex: una, *Qvi moritur pro peccatoribus, pro damnatis, is magis servabit eosdem Sangvine Filij justificatos* 8. 9. altera, *qvi per mortem Filij sibi reconciliavit inimicos, is multò magis jam reconciliatos servabit in vitâ Filij, ut adeò per Dominum* JESUM CHRISTUM, *de applicatâ reconciliatione, in Deo possint gloriari* v. 10. 11.

§. 2. Insignis autem hujus textus in hoc capite prioris usus est tùm contra *Socinianos* negantes satisfactionis vicariæ & realissimæ JESU CHRISTI *actum:* tùm contra *Calvinianos* limitantes satisfactionis illius *formale objectum.* Contra illos notetur 1. qvod toties dicitur Christus mortuus ὑπὲρ ἀσεβῶν, item ὑπὲρ ἡμῶν ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων: 2. Qvod per mortem JESU CHRISTI dicantur hostes

stes Deo reconciliati v. 8. 10. 3. Qvod distinguatur *reconciliatio* à *justificatione, & servatione aternâ* ut causa ab effectis hypotheticis. *Si Christus pro peccatoribus est mortuus, & antea hostes, Deo Patri per mortem suam reconciliavit. E. multò magis jam reconciliati justificabimur per Sanguinem Christi, & justificati servabimur ab irâ Dei &c.* conf. v. 8 & 10. Concludimus §. 3.
exinde 1. In *Satisfactione Jesu Christi datur verissima surrogatio, qvâ CHRISTUS in locum generis humani à culpâ & pœnâ liberandi surrogatus est tùm ratione culpæ, tùm pœnæ*, qvam ipsam particula ὑπὲρ, item ἀντὶ notat, qvibus eleganter apud Syros respondet particula ב, in qvâ significatio est talis *permutationis*, qvalis datur in tali *surrogatione:* conf. qvâ partic. illas Joh. 10. 15. c. 11. 51. 52. 1. Cor. 1. 13. c. 5. 7. 2. Cor. 5. 14, 15. 1. Thess. 5 10. 1. Pet. 2. 21. c. 4. 1. Ebr. c. 2, 9. & conf. Esa. 53. 4. 6. & de figurâ *hirci expiatorii bajulantis peccata totius populi* Levit. 16. 21. 22. & conf. applicatio ex Johan. 1, 19. 1. Pet. 2. 24. Galat. 3. 13. Errant E. §. 4.
Sociniani, *Occasione tantùm peccatorum nostrorum & occasione annunciandæ Dei bonitatis Christum afflictum, & mortuum non verò meritò eorundem, & propter imputationem culpæ nostræ esse passum*, statuentes & tantùm *commutationem aliqvam surrogationi similem*, Christum sc. *sustinuisse saltem aliqvid simile ei malo, qvod nos ferre*

*mereba-*

*merebamur*, idq; per modum saltem exemplaris admittentes: lubrica autem est ratio Crellii: sc. *Christus non pertulit mortem æternam*, vel, *si pertulit, ergò omnes sunt liberati etiam qvi pereunt.* Omninò Christus pertulit mortem æternam, *intensivè* resp. ipsius κόλασις mortis, & essentiæ pœnæ, etsi non *extensivè* resp. *circumstantiæ & temporis s. æternæ durationis:* qvia Christus non saltem debuit *mori pro peccatis nostris:* sed etiam *excitari propter justificationem nostram:* nec saltem mori ὑπὲρ ἀσεβῶν: sed etiam *justificare Sanguine suo illos peccatores reconciliatos, eosdemq; servare:* ut non sit *prævalentia mortis & inferni:* sed *Christi* conf. Rom. 4. ult. c. 5. 6. 8. 9. 1. Cor. 15. 55.

§. 5. Sic & omninò omnes, etiam *illi qvi pereunt sunt per mortem JESU CHRISTI reconciliati*, & in tantum liberati, ut, si non affectatè *respuant λόγον τ καταλλαγῆς*, possint *actualitèr Deo reconciliari*, 2. Cor. 5. 19. 20. Impetrata scil. omnibus est *reconciliatio* absolutè, etsi applicatio illius reconciliationis est *ordinata & fide conditionata*, qvæ causa est, qvod actu ipso & resp. efficientiæ actualis, ultimatæ *non omnes liberentur pro qvibus Christus est mortuus*, qvia sc. applicatio non est absoluta: ita Christus *mortuus est pro omnibus*, ut tamen non justificet *nisi per Sanguinem* c. 4. 9. i. e. per

πίστιν

πίστιν ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι conf. c 3. 25. Concludimus 2. *in satisfactione Jesu Christi datur* λύτρον *propriè dictum* conf. Matt. 20. 28. 1. Tim. 2. 5. (unde hîc est verissima ἀπολύτρωσις) qvod λύτρον *per mortem filij, per sanguinem* &c. passim in textu exprimitur: dum sc. Christus *posuit animam suam* in אשם s. *Sacrificium pro reatu*, dum *dedit seipsum pro nobis oblationem & sacrificium Deo*, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας Eph. c 5. 2. & *reconciliavit morte suâ peccatores*, dedit seipsum λύτρον ὑπὲρ πάντων. Fatetur Socinus, λύτρον propriè dictum, *non esse pecuniam tantùm: sed qvicqvid ut ei satisfiat, qvi captivum detinet, datur.* Illud autem non Diabolo: sed §. 6. justitiæ essentiali vindicatrici tanqvàm *principalitèr detinenti* persolvendum fuit: posse autem eidem (diverso respectu) *& pretium solvi, & pretio isto rem emi vel acqviri*, posse *in illius manu rem antea esse*, (per modum obligationis criminalis & reatus contracti) *cui* (alio respectu) *eadem res acqviritur*, mitum est à Socino potuisse negari, & exinde λύτρον propriè dictum oppugnari. Non Diabolo: sed Deo *per mortem Filij* reconciliati dicimur, eidem acqvirimur dum *reconciliati justificamur, & ita servamur* ἀπὸ τῆς ὀργῆς. Non acqvirimur Deo ut offenso (in cujus manu antea eramus) sed ut reconciliato. Datur autem λύτρον ut §. 7. §. 8.

*offenso*

*offenso & placando*, non *ut reconciliato & placato*. Nugatur hîc cum Socino *Crellius*, dum urget versum 8. & textum 1. Johan. 4. 10. & λύτρον tale datum *Deo offenso pugnare dicit cum dilectionis illius commendatione, cum ex irâ Dei non possit ostendi dilectio*. Sed hæc ex analogiâ *blasphemæ religionis* suæ dicit contra evidentes Scripturas, in qvibus mors Christi & ut ἔνδειξις & maximum argumentum iræ, & ut maximæ dilectionis Dei signum repræsentatur, illud resp. acerbissimæ passionis & *rigorosissimæ punitionis* Dei filii: hoc respectu *Ordinationis Mediatoriæ & suppeditationis Jesu* resp. *acceptæ satisfactionis vicariæ; & propositionis divinæ* qvâ Deus Christum proponit ut ἱλαστήριον *(per fidem in illam mortem & sanguinem)* applicandum singulis credituris. Qvin hic ipse §. 9. textus dum *impios, peccatores, hostes* memorat, dum Deum *ut reconciliandum morte Filij* repræsentat, dum *sanguinis* & *iræ*, unde *servamur per sanguinem*, meminit, & tamen *commendare Deum* dicit *suam erga nos charitatem, eò qvod cum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus sit*, satis aperte *iræ* & *dilectionis, justitiæ* & *misericordiæ* temperamentum ostendit. Sic *justificamur qvidem gratis*, τῇ θεοῦ χάριτι: sed non nisi per ἀπολύτρωσιν ἐν Χριστῷ· vid. sup. c. 3. 23. 24. Neqve verò Apostolus h. l. ex *irâ*

Dei

*Dei* ostendit dilectionem: sed *ex placatione iræ & medii suppeditatione.* Idem sc. *Deus reconciliandus & adeò offensus* dum placationis medium ordinat, & de suo suppeditat, dum unigenitum filium tradit in mortem crucis, eundemq; ut offensus punit *charitatem suam* τὴν εἰς ἡμᾶς seu *erga nos* (non item *erga Christum* punitum) hoc ipso ostendit. Concludimus *3. Beneficium reconciliationis* non est ipsa conversio: sed hujus fundamentum, & adeò *prius conversione.* Errat ergò Socinus ita *reconciliationem* describens, *non quasi Christus Deo morte suâ id solverit, quod nos propter scelera nostra ejus justitiæ debebamus, atque ea ratione Deum nobis conciliaverit, aut quia merito tam insignis obedientiæ suæ iram Dei adversum nos placaverit, siquidem neque his rebus quidquam opus erat, neque ea ullo modo fieri potuerunt* (ita hæresiarcha impudens blasphemè. Paulo apertè contrarium hoc in textu dicenti, contradicit) *sed quia nos qui à Deo aversi eramus, sui sanguinis fusione ac morte interveniente ad Deum adduxit, atque ut illi in posterum consideremus, exq; illius præscripto obediremus, effecit:* Ita ille Synopsi 1. de justificatione, ubi & hæc habet apertè blasphema 1. *Cum dicitur Christus mortuus pro nobis, non id significatur, Christum vice seu loco nostrûm mortuum esse: quemadmodum, Christum* §. 10.

§. 11.

*mortuum*

*mortuum esse pro peccatis nostris non significat eum vice seu loco peccatorum nostrorum mortuum:* (conf. contra Esa. 53. 4. 5. & 11. 1. Petr. 2. 24.) 2. *Non intelligendum est, vim quandam occultam Sanguini Christi inesse ad expurganda peccata nostra: sed quia Christus non aliâ viâ, quàm per fusionem sui Sanguinis ad summam illam potestatem pervenit, proinde, ejus sanguine factum est, ut nos à peccatis expurgemur: quia* sc. *si in luce ambulaverimus eâ suprema potestate omnes sibi obedientes beatâ immortalitate donare potest.* 3. *Etiamsi Sanguis Christi nihil aliud efficeret, quàm declararet nos ab omni peccato expurgatos esse, tamen rectissimè scriptum fuisset, Sanguinem Christi nos expurgare ab omni peccato. Remissio peccatorum nobis ultrò offertur, & oblata Sanguine Christi tanquam sigillo obsignatur.* Errat pa-
§. 12 ritèr Crellius reconciliationem illam ponens in oblatione remissionis peccatorum, velut medium, quo Deus invitare voluit homines ad se amandum & odium deponendum. Neque valet conseq. Crellii: καταλλαγέντες sunt δικαιωθέντες E. καταλλαγὴ est ipsa δικαίωσις. vel *Conversi sunt reconciliati. E. Conversio est*
§. 13. *ipsa reconciliatio.* Ineptissimè à materiali ad formale. Contra in textu ponitur 1. *Mors Christi* ut reconciliatrix v. 6. 8. 10. 2. δικαίωσις *s. justificatio per Sanguinem Christi.* 3. σωτη-

ρία

ρία ἀπὸ τῆς ὀργῆς v. 9. conf. etiam 2. Cor. 5. 19 ubi describitur *reconciliatio satisfactoria* v. 19. eademq; considerata in *articulo fidei 2.* & post illam, ut jam universalitèr & plenariè factam, demum memoratur *illius reconciliationis applicatio* (s. reconciliatio *ut in artic. fidei 3.*) v. 20. Contra Calvinianos notetur 1. toti- §.14.
èns iterata descriptio *Objecti formalis, reconciliationis vel mortis Jesu Christi satisfactoriæ*, qvæ proinde nullum excludit individuum, qvod sub titulo ἀσεβῶν, ἀσθενῶν, ἁμαρτωλῶν, ἐχθρῶν continetur: neqve adeò illi antecedenter *solorum Electorum* tituli sunt: sed *totius generis humani, positi in communi lapsus culpâ & miseriâ.* Notetur 2. illud: ἀπέθανεν, ὑπὲρ §.15.
ἀσεβῶν, ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν qvem particulæ positum non *sola sufficientiâ* absolvi: sed realissimam simul *efficientiam mortis* Jesu Christi, eamq; *ex serio & gratioso* Consilio & proposito Dei Patris Filium tradentis, & Christi morientis illa notari, agnoscunt ex Calvinianis accuratiores, qvi proinde improbant qvorundam suorum Sociorum phrasin ineptam: *Christus mortuus est pro omnibus hominibus sc. sufficientèr, neqvaqvam autem efficientèr.* Si pro omnibus E. & efficientia qvædam mortis Christi est universalis, & qvædam καταλλαγὴ καθολική. Notetur 3. Objectum τῆς καταλ- §.16.

λαγῆς *per mortem Christi impetratæ*, amplius est, qvàm objectum τῆς καταλλαγῆς s. *ejusdem reconciliationis actu ipso applicatæ*: illud ἐχθροὶ, s. *inimici, peccatores, impii*: ἁμαρτωλοὶ: hoc sunt ἐκ πίστεως δικαιωθέντες ἐν τῷ αἵματι Χριστοῦ conf. v. 1. 2. 9. neqve *impetratio reconciliationis* est ipsa *applicatio*. Argumentantur ex hoc
§.17. textu Dordraceni: *Pro qvibus Christus est mortuus, illi etiam justificantur per Sanguinem Christi, & servantur ab ira illa*: v. 9. vel *servantur per vitam Christi*. v. 10. *Atq; Reprobi non justificantur, nec servantur* &c. E Urgent argumentum Apostoli, qvod sit *à dilectione majori ad dilectionem minorem. Si reconciliati sunt inimici. E. servabuntur reconciliati.* Resp. ad 1. Arg. Pauli est: *Pro qvibus Christus est mortuus*, illi δικαιωθέντες ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ *salvabuntur. Pro peccatoribus* &c. E. Supponendum ergò est ex titulo Capitis illud: δικαιωθέντες ἐκ πίστεως, item ex v. 2. τῇ πίστει & adeò limit. præd. illi si credant in Dei filium reconciliatorem & ἱλαστήριον. Absolutè enim major sumta, falsa
§.18. est. Addatur: Argumentum Pauli non tàm de facto, qvàm de *gratioso & charitativo Dei commendantis dilectionem suam consilio procedit: Si Deus ex immensa charitate Filium pro peccatoribus in mortem tradidit: multò magis* (credentes in Fi-

in Filium) *justificabit, & in æternum salvabit*: atque adeò hoc saltem probatur: *Deum, dum ex charitate dat in mortem Filium, seriò velle, ut omnibus non saltem impetretur: sed & applicetur reconciliatio, ut omnes justificentur, salventur*: sed Ordine Evangelico, unde & *Deus rogare & Christus obsecrare* dicitur: ut mundus reconcilietur Deo 2. Cor. 5. 19. 20.

6. Sequitur 4. post *signum, fundamentum* & *firmamentum* (vid. sup.) *compamtum transgressionis & reconciliationis, Adami & Christi* à v. 12. adusque fin. c. 5. ad quod occasione *tertiæ gloriationis*, nexu satis evidente procedit Apostolus. *Compamti* illius notetur 1. *Collatio generalis*, per modum hypotheseos v. 12. 13. 14. (quia enim *peccatum* cum *justitiâ*, *Adamum* cum *Christo* comparare instituit Apostolus, proinde præmittenda fuit accurata illius παραστάσεως futuræ explicatio, & sententia de peccato, totaq; illa hypothesis prius munienda ab Apostolo) 2. *Collatio specialis negativa* v. 15. 16. 17. 3. *Collatio specialis affirmativa* v. 18. & 19. additur Occupatio de Usu Legis v. 20. 21. atque hoc *textus capitis resp. articuli* 2. jam inde à v. 12 est breviarium.

7. Collationis generalis *thesis compamtiva* §. 1.
(quam notat part. ὥσπερ) est in v. 12. in quo *proprium locum doctrinæ de peccato Originis* con-

tineri notatum à Chemnitio tit. de P. O. c. 3. p. 229. addit idem: *Universale esse, tales locos in Scripturâ præ cæteris dilacerari & depravari.* Præivit jam ante August. l. de nat. & grat. ubi contra Pelagium objicientem, non nisi qvod legitur in Scripturis Sacris esse credendum, *O utinam*, inqvit, *contra id qvod legit nihil vellet adstruere, fideliter & obedientèr audiret, qvod scriptum est: Per unum hominem peccatum intravit in mundum &c. & non infirmaret tanti Medici gratiam, dum fateri non vult naturam huma-*
§. 2. *nam esse vitiatam & c. 41. Hæc sententia, inqvit, per unum hominem &c. & antiqvos & recentiores & nos & posteros nostros complectitur.* Abusus tamen loco est idem August. c. 8. ibid. ubi defendit: *Parvulum omnem, qvi sine lavacro regenerationis exiit, à damnatione, qvæ per universam massam currit, non admitti ad regnum cœlorum.* Sed his ἐν παρόδῳ, qværitur 1. An in v. 12. sit *sensus imperfectus*, & ubi *comparationis illius* ἀπόδοσις? Resp. 1. Non satisfaciunt qvi ἀπόδοσιν in καὶ οὕτως ponunt: ita ut protasis sit per διότι: ἀπόδοσις per ὅτι, ab *effectu ad causam per regressum demonstrativum.* 2. Pau-
§. 3. lum hic loqvi, ut ἰδιώτην τῷ λόγῳ 2. Cor. 11. 6. probatur Hieronymo: nec minus Irenæo, qvi hîc *Hyperbatum* statuit qvi idem lib. 3. c. 7. *Hyperbatis*, inqvit, *freqventèr utitur Apostolus*

*propter*

*propter velocitatem sermonum suorum, & impetum qvi in eo Spiritus est.* 3. *Nullam* in similitudine esse ἀπόδοσιν, uti & illud: sensum sive ex antecedentiâ, sive conseqventiâ textus esse supplendum non malè dicitur: sed pessimè à qvibusdam suppletur, sc. *Qvemadmodum peccatum in mundum intravit per unum hominem, nempè Adamum, qvi primus transgressus est Dei mandatum, & per peccatum mors, qvam Deus stipendium illius esse voluit: ita per unum hominem, nempe Christum, qvi primus Deo perfectè obedivit obedientia in mundum intravit, & per obedientiam vita æterna, & ita vita ad omnes homines pervenit, qvoniam omnes obediverunt.* Sed hoc supplementum Arminiano-Socinianismum satis palpabilem prodit. 4. Ἀπόδοσιν §. 4. esse in v. 18. & hactenus πρότασιν, ita ut hæc propter qvasdam dissimilitudines & protheses plenissimè tractetur, idq; qvasi παρενθετικῶς, ante expressam ἀπόδοσιν, tutior sententia est. 5. Probatur tamen nobis sententia qvæ ἀπόδοσιν ponit in membro 2. versus 11. *Per* (unum) *Dominum JESUM CHRISTUM accepimus reconciliationem, ita ut* διὰ τοῦτο illud iterandum doceat ex v. 11. in 12. cui bono etiam additur v. 14. *Adamus typus venturi*, sc. CHRISTI. Qværitur 2. Qvid per §. 5. τὸ ἕνα in v. 12.? Resp. 1. additur ἀνθρώπου:

frustra ergò sunt, qvi hic de *principio suggestionis* s. *Diabolo* argutantur. 2. In v. 14. ille ἐις ἄνθρωπος expressè nominatur ADAMUS. Errant ergò, qvi hîc per *unum hominem* vel *solam fœminam*, qvippe & πρώτως & *immediatè & formaliter* seductam, & *principium primi ortus corruptionis* vel & *marem & fœminam* velut *unam carnem*, intelligunt. Con-
§. 6. tra 1. lapsus consumati principium non fuit *Heva*: sed *Adamus*. 2. Idemq; principium *propagationis & successionis*. 3. Fit hîc comparatio *individui* cum *individuo*. Per unum individuum *Peccatum* & *mors*: per alterum, *Justitia* & *Vita* succedit: illud est Adamus: hoc CHRISTUS. Qværitur 3. de illo ἐφ' ᾧ
§. 7. qvorsum & qvid illud? *Qvæstionem hanc Grammaticam non leviter exercuisse Augustinum & alios bonos Viros*, fatetur Chemn. L. C. l. alleg. Rejicienda simpliciter est prima expositio Augustini, qvi ex ignorantiâ Elementorum Græcorum, ad *peccatum* retulit, seu ad τὴν ἁμαρτίαν. Obstat pronomen masculinum: & præterea distinctio τῆς ἁμαρτίας à παραπτώμασι unius. Melior est expositio Augustini altera, referens illud ἐφ' ᾧ ad *unum hominem*, velut in statu integro propagatorem imaginis, cujus erat depositarius, ita in corrupto corruptionis. Magno cum plausu ex-

cepta

cepta est hæc constructio Augustini: sed non §. 8.
sine abusu, & mole qvæstionum. Allegatum
est ut parallelum, exemplum *Levi decimati in Abrahamo* Hebr. 7. 9 propter existentiam in lumbis Abrahami: & adeò uti ibi figuratum aliqvid indicatur per clausulam additam, ὡς ἔπος εἰπεῖν: ita concluſum, nos omnes in Adamo peccasse ὡς ἔπος εἰπεῖν, *figuratâ* sc. *aliqva dicendi ratione.* Sed sic fundamentum pariter & peccatum originis ipsum penè §. 9.
tollitur. Qvæsitum, *si propter solam existentiam in lumbis Adami omnes peccaverunt.* E. vel Christus non fuit in lumbis Adami: vel simùl continetur in illo: ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον. Distinctum qvidem est inter *existentiam in Adamo per rationem seminalem & corpulentam substantiam* &c. sed hæc otiosis ingeniis fenestram qvæstionum Magistralium aperuerunt: unde tutius & expeditius existimavit *Magnus noster Chemnitius* ex Grammaticâ qværere veram interpretationem (aliam). At illa ex §. 10.
pedire tanti momenti non erat: neqve enim V. C. *In Adamo omnes posteri peccaverunt. E. non propriè: sed* ὡς ἔπος εἰπεῖν, *figuratè*, uti *Levi decimas dedit, qvando Abrahamus illas Melchisedeco obtulit:* neqve sola *existentia* virtualis *in lumbis*, facit, ut nati natorum rei dici possint sceleris, qvod commisit Antecessor

atavus aliqvis: neqve adeò propter illam involveretur hîc Christus ipse, nec V.C. *Christus*
§. 11. *fuit in lumbis Adami.* E. *peccante Adamo peccavit Christus*, ut taceamus, qvod Christus ut *Semen Mulieris* non fuerit in Adami lumbis sive resp. *decreti* sive *pacti* intimati, nisi post lapsum conceptum & perfectum, qvod Christus non fuerit in *Lumbis Adami* ut respectu sui individui & immediatæ generationis, σπερματικῶς & naturaliter propagabilis; qvod ibi fuerit, ut ἀπάτωρ. Ita facilè illa diluuntur. Neqve desunt magni Theologi, qvibus illa interpretatio Augustini etiam nunc probatur, idq; tantò magis, qvia à Pelagianis, Socinianis & Arminianis illa vehementèr oppugnatur. Placuit & Bezæ, qvi reddidit: *In qvo uno homine omnes* peccaverunt. Instantia Erasmi nulla est, dici sc. ἐφ' ᾧ non ἐν ᾧ: qvia nihil usitatius, qvam ἐπὶ pro ἐν Marci 2. 4. Heb. 9. 17. Illud ἐφ' ᾧ
§. 12. semper significare *qvoniam* vel *qvatenus*, falsum est: nec textus Matth. 26. 50. nec 2. Cor. 5. 4. nec Philip. 3. 12. illud probant: qvin ibi ἐφ' ᾧ reflectitur ad σκληρά. *Ordo constructionis objicitur, qvæ non permittat, ut ad Adamum referatur, de qvo initio commatis actum est: durior illa qvippe foret trajectio:* sed monuit Beza illud δι' ἑνὸς ἀνθρώπου subintelligi *in immediatè*

diatè præcedenti propositione, ſ. *Per unum hominem mors in omnes homines pervaſit*, ut ſic nulla ſit longior trajectio. Sed hæc pro alterâ illâ Auguſtini interpretatione, juxta qvam hîc talis eſſet ſeqvela 1. παράπτωμα *Adami*. 2. *Peccatum Originis per illud* παράπτωμα *intrans in mundum*. 3. *Mors pervadens in omnes homines*: qvia autem in hâc ſeqvelâ deſiderari poterat *Fundamentum illius peccati ex unius Adami* παραπτώματι *intrantis in totum mundum*, additur *æqvitas reatus illius propagandi*, qvia ſc. peccante *Adamo*, *omnes* (in Adamo) *peccavimus*, idq; veriori modo attributionis, qvàm illo ὡς ἐπ' ἐκεῖνον conf. 1. Cor. 15. 22. Non poſſumus, *qvà rem ipſam* ab hâc interpretati- §. 14.
one penitus recedere, licet dare facilè poſſimus, illud ἐφ' ᾧ idem eſſe qvod ἐφ' ὅσον *in qvantum*, *qvatenus*, *qvia*, eamq; famoſiorem eſſe illius conſtructionis acceptionem. Ita §. 13.
ſumi, olim voluit *Pelagius*, ut interpretari poſſet *de imitatione Adami in actualibus peccatis*; & adeò *ſuper hos ſaltem dominari mortem æternam*: qvâ ratione non generatione: ſed imitatione peccatum in mundum intraſſe hic diceretur, & adeò nullum ex hoc textu peccatum Originis probaretur. Illa hæreſis *Auguſtinum* §. 15.
movit, ut rejiceret hanc illius ἐφ' ᾧ explicationem cauſalem & retineret ſuperio-

rem vid. ille *cont. Julian. l. 6. c. 12.* Et sanè hoc sensu illa hæretica est interpretatio. Neque tamen cum Pelagio statim faciunt, qvi illud ἐφ ᾧ πάντες ἥμαρτον de *peccatis actualibus* exponunt: qvod faciunt qvi *duplicem in hoc versu mortis originem* describi statuunt, ita ut per τὸν ἁμαρτίαν intelligatur Pecc. Originis: Per ἥμαρτον, actualia: Omninò tamen verba illa ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον ad superiora, & adeò ad Originis peccatum reflectuntur: qvod si vel ἀπόδοσις Bezæ, vel altera illa, qvæ illud καὶ οὕτως habet ut οὕτω καὶ sibi constaret, facilis ad veram illius clausulæ relationem via esset: qvin, si per simplex saltem comma distingvuntur illa ἐφ' ᾧ ab oratione antecedente nihil obstabit, qvò minus duas illas propositiones habere liceat *per actū reflexum*, ut primas, ut dicatur Apostolū *à peccato ad mortem, & iterum à morte ad peccatū procedere*, uti iterum v. 13. à peccato ad mortem v. 14. procedit. Statuimus omninò verba illa §. 16. ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον habere se, ut partem versus secundam, seu ut aliqvod membrum 2. in Pasuk Biblico Hebraico, & adeò reflecti ad tria antecedentia sc. 1. *ipsum παραπτωμα Adami.* 2. *Ad peccatum qvod dicitur intravisse in mundum.* 3. *Ad mortem, qvæ in omnes homines pervasit:* Qværitur qvæ *ratio æqvitatis* ex uni-

ius Ada-

us Adami παραπώμα reatum propagari, & peccatum intrare in totum mundum? Resp. qvoniam πάντες ἥμαρτον, peccante Adamo peccavit genus humanum. §. 17. Qværitur qvæ ratio & origo mortis per peccatum pervadentis in omnes homines? Resp. Qvoniam, vel qvatenus omnes ἥμαρτον Dieweil sie alle gesündiget haben uti noster Lutherus: non saltem in Adamo: sed in seipso peccato Originis infecti & damnati. Ita illud accipiendum & ratio perfecta breviarij, qvod hoc in versu instituit Apostolus, cui bono omninò æqvitas reatus propagandi, §. 18. qvæ dependet à totius generis humani specificâ existentiâ in personâ i. hominis, cujus intellectu & voluntate peccantibus intellectus & voluntas totius speciei verè peccavit, explicanda fuit, (ut appareret non esse crudelem Deum propter solum originale peccatum homines æternâ morte damnantem) & sequela textus postulat.

8. Objici poterat: Ubi non est Lex, ibi nec §. 1. peccatum: at ab Adamo adusqve Mosen non fuit Lex. E. Prævenit occupatione solito sibi more Apostolus, distingvendo inter non esse negativum, & non esse putativum. Scilicet, peccatum qvidem est non existente Lege: at non putatur esse peccatum, non existente Lege: posteriori ergò modo concedit totum: qvo non obstante manet:

manet: *Usque ad Legem peccatum fuisse in mundo, etsi non putatum* v. 13. Fuisse autem *peccatum Originis*, quod dixerat per *unum hominem intrasse in mundum*, in illo Metaxysmo *Adami & Mosis*, probat v. 14. *Si ab Adamo adusque Mosen, etiam* (bene notetur particula καὶ) *super illos, qui non peccarunt actualitèr contra legem externam* (seu in similitudine transgressionis Adami) *mors regnavit. E. in illo Metaxysmo quoque verè peccatum fuit.* Sed E. Curcellæus *tr.* §. 2. §. 3. *de jure Dei in creatur. innoc.* p. 124. ita παραφράζει: *Sicut mors in omnes eos regnavit, qui ab Adamo adusque Mosen vixerunt, quia ex Adamo oriundi erant, qui propter peccatum morti obnoxius factus fuerat, etiamsi tàm gravis criminis non essent rei atque ipse, qui mandatum Dei expressum mortis pœnâ sancitum transgressus erat, aut illi, qui post Mosis tempora vixerunt, per quem Deus legem suam Israelitis dedit, adeò ut pro peccatoribus sint habiti, propter ipsius offensam potiùs quàm suam, quia etiamsi peccassent, tamen ubi nulla est Lex peccatum non soleat imputari: ita ex adverso omnes, qui secundum Spiritum ex Jesu Christo per veram fidem nati sunt, vitæ æternæ hæredes erunt, etiamsi tam perfectam atque ipse Deo obedientiam non exhibuerint, & ante suam conversionem magni fuerint peccatores, & post illam adhuc in multis per infirmitatem labantur: & hâc*

*ratione*

*mione per obedientiam Christi justi habebuntur potiùs, quàm per suam, quæ secundum rigidum jus expensa id nominis non meretur.* Paraphrasis hæc palpabilem crassumq; ostendit Arminiano-Sociniano-Pelagianismum. Falsum est *illa universalia axiomata* v. 12. *Mors in omnes homines pertransiit, quoniam omnes peccaverunt*, non esse de omnibus in universum hominibus ab initio adusqve finem mundi accipienda: sed tantùm de iis, *qvi ab Adamo adusqve Mosen vixerint.* Nec id probat v. 13. 14 qvia *Peccatum Originis post legem fuisse*, velut certum ex revelatione Legali *exaggerante peccatum, & ostendente* &c. *Concupiscentiam* in actu 1. *esse peccatum* (qvam ante & extra Legem nemo agnoscere poterat esse peccatum propriè dictum) supponit: atq; adeò id probat, qvod magis dubium esse poterat, *an* sc. *illud peccatum, qvod per unum hominem intravit in mundum, fuerit qvoqve ab Adamo ad Mosen.* Patet inde qvorsum tendat illa restrictio, & cur, qvod omnibus sine ullâ exceptione convenit, unius temporis hominibus particulariter adaptet Apostolus. Sanè illos hîc Apostolus *Peccatores* probare vult, *qvos nemo facilè tales esse, opinari poterat.* At illos, qvi isto temporis intervallo vixerunt, qvod ab Adamo usqve ad Mosen effluxit, ex actualibus peccatis jure pro peccatoribus haberi potuisse, *nemo* §. 4. §. 5.

*dubitare*

*dubitare poterat:* qvia tale peccatum etiam ἐκλογεῖται μὴ ὄντος νόμου. Fatetur idem Curcell. *tales verè peccatores fuisse & morte dignos, qvia contra naturæ legem cordibus suis insculptam peccaverint.* Illud autem falsum est, in illo Metaxysmo *Adamitico-Mosaico* non poni alios peccatores, nisi *qvi expressas Dei leges mortis pœnâ sanctas non violaverint, sicut Adam & Israelitæ à temporibus Mosis.* Particula sanè
§. 6. καὶ contrarium testatur. *Mors regnavit etiam super illos, qvi non peccarunt in similitudine transgressionis Adami.* E. *Qvotqvot ab Adamo ad Mosen peccarunt, non peccarunt ut Adam* Nullibi hæc conseqventia. Nihil e. obstat, qvò minus de hominibus ut ab ipso conceptionis & nativitatis momento peccato Originis infectis, & adeò de Infantibus textus explicetur. Principium petit idem Arminianus, dum de *In-*
§. 7. *fantibus* textum non agere probat, qvia *infantes nullo modo peccare possunt:* & in illo iterum, dum probat, *qvia* sc. *nec ad similitudinem transgressionis Adami adusqve expressam legem peccare possunt, nec adversum legem naturæ, aut dictamen rationis, cujus nondum usum habent.* Ita supponitur non fuisse, nec esse, qvod jam inde ab Adamo extitisse hîc Apostolus probat, *Peecatum Originis.*

§. 1. 9. Dissimilitudo in collatione speciali occurrit

currit gemina 1. ἐχ' ὡς τὸ παράπτωμα, ἕτω καὶ τὸ χάρισμα 1. e. Non uti offensa: ita etjam gratia s. justitia donata. Additur ratio: *Nam si istius unius offensâ multi mortui sunt, multò magis gratia Dei & donatio per gratiam, quæ est unius illius hominis Jesu Christi, in multos exundavit.* Est ergò collatio specialis 1. *ratione imputationis* v. 15. Unius peccatoris Adami παραπτώματα peccatum à primâ nativitate inhæret omnibus, & ita mortis omnes rei sunt: at non ita justitia Jesu Christi: neqve enim qvatenus in nostris factis habemus justitiam: sed qvatenus justitia Jesu Christi nobis per fidem in ἀπολύτρωσιν sangvinis imputatur, coram Deo justificamur & salvamur. Collatio specialis 2. est *ratione delicti per justitiam sublati* v. 16. & *ratione efficaciæ causarum operantium vel vitam vel mortem* v. 17. Verba concisa v. 16. καὶ ἐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, τὸ δώρημα non malè noster Lutherus: Vnd nicht ist die Gabe allein über eine Sünde / wie durch des einigen Sünders einige Sünde alles Verderben Explicatur illud statim: *Ex unâ offensâ est reatus ad condemnationem: at τὸ χάρισμα s. justitia donata est ex multis offensis ad justificationem:* & magis illustratur v. 17 sc. *Delictum per qvod mors dominium obtinuit, est unum unius hominis ac solum: justitia per qvam vita regnat, seu per* §. 2.

qvam

*qvam justificati regnant, & potentes sunt in vitâ est justitia unius Jesu Christi ex gratiâ donata: sed abundans propter majestatem personæ.* Collatio
§. 3. specialis affirmativa & qv. conclusiva est v. 18. 19. idq; tùm *naturæ operationis*, tùm *imputationis*. Comparatur ergò à parte Adami 1. ἑνὸς παραπτώματος. 2. ἡ ἁμαρτία. 3. κατάκριμα: qvibus respondent à parte Christi 1. ἑνὸς δικαιώματος. 2. δικαίωσις. 3. ζωὴ. Per *realissimam imputationem inobedientiæ* τοῦ ἑνὸς peccatores: *Per realissimam imputationem obedientiæ*
§. 4. τοῦ ἑνὸς justi constituuntur multi. Monstrosa est glossa qvæ v. 18. per πάντας ἀνθρώπους solummodò illos intelligit, qvi *ab Adamo ad Mosen* usqve vixerunt: & huic fini urget τοὺς πολλοὺς v. 15. & 19. qvasi sc. πάντες non essent οἱ πολλοὶ. Magis blasphema est Armini-
§. 5. ano-Sociniana in h. l. glossa: *Posteros Adami ad peccatum Adami nihil omninò contulisse, & eo adeò peccatores effici non potuisse, neminem peccatorem reddi nisi propriâ voluntate: illud: Per unius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi* v. 19. *vel de malo exemplo, ab Adamo posteris dato, vel per Hebraismum, de illis qvi tractantur ut peccatores intelligendum*, uti Genes. 43. 9. & 44. 32. Exod. 5. 16. 1. Reg. 1. 21. Hæc diluere operosum non est. Claudit Apostolus Occupatione de gemino Legis usu subordinato v. 20. 21.

THESIS I.

APostolus hactenus demonstrare volens §. 1.
*doctrinæ Evangelicæ ad salutem necessitatem*, primò *Gentes*, deinde & *Judæos*, & sub eorum nominibus universum mundum convicit peccati c. 1. 2. & 3. adusqve v. 21. & qvidem non posse mundum liberari *à maledictione peccati per legem*: sed solummodo *per fidem Christi* (illam qvippe aufert gratiosa justificatio qvæ tantùm fit per Christum propositum ἱλαστήριον *per fidem in sanguinem*) & per hanc ipsam reconciliari, probavit c. 3. à v. 21. integrisq; 4 & 5. capitib⁹. nunc, *non posse eũdem liberari à peccati dominio per Legem* probat à c. 6. qvia id effici oportet per renovationẽ, qvæ est donũ Dei in Christo, fluens *ex complantatione cum ipso per conformationẽ mortis & resurrectionis illius*, qvæ citra *fidem in ipsum* effici non potest. Atqve hâc occasione de *renovatione* agit c. 6. 7. §. 2.
& priore c. 8. parte, unde Apostolus tandem hoc educit consectarium: *Solos illos qvi habent Spiritum Christi, & veram cum Christo communionem, esse veros Dei filios, & vitæ æternæ hæredes, eosq; non servili metu: sed imperterritâ ac filiali παῤῥησίᾳ Deum Patrem invocare eiq; servire posse* adusqve v. 18. c. 8. Qvia verò nullibi & nunqvam magis Christiani §. 3.
se habuere

passivè, qvàm tempore Apostoli, tàm *Judæorum* qvàm *Gentium* implacabilibus odiis expositi, hinc est qvod c. 8. à v. 18. Stereomata Christianorum contra afflictiones addit, docens sc. *illas diligentibus Deum in bonum cadere, per passiones Deum sanctos suos ad gloriam adducere, exemplo Capitis, Ducis ac Servatoris Jesu Christi: Deum ita sanctos suos diligere, ut nullæ afflictiones, nullæq; creaturæ possint illos separare à dilectione, qvæ est in Christo Jesu* v. ult. c. 8. Atqve ita se habet tùm trium præsentium capitum 6. 7. 8 tùm totius textus Apostolici, qvi est in parte principali Epistolæ primâ à c. 1. ad 9. *breviarium Theologicum*.

§. 1. 2. Uti ergò *fructus* 1. justificationis fuit PAX vel ἕξις εἰρήνης c. 5. ita *fructus* seu *effectus* 2. nunc ponitur *renovatio* seu *sanctificatio* c. 6. Nexus capitum ex seqvelâ argumentorum est. Ex reconciliatione ejusq; gloriatione, ex *pace illâ apud Deum* v. 1. & 11. ex fine Legis subordinato, & illâ *superabundantiâ gratiæ* ad πλεονασμὸν ἁμαρτίας v. 20. offendiculum de securitate apud qvosdam metuendum erat: qvod proinde removet Apostolus, docendo *renovationis* necessitatem: qvin
v. 2. ex responsione v. 21. c. 5. ita infert Apostolus c. 6. v 1. solitâ sibi occupatione: *Si ubi abundat peccatum, superabundat Dei gratia, ergone*

gone insistendum peccato, ut fiat abundantior gratia? Respondet autem extemplò: Μὴ γένοιτο v. 2. atqve adeò hîc est absoluta propositio: *Justificatus, & Deo plenè reconciliatus non debet* ἐπιμένειν τῇ ἁμαρτίᾳ, *seu sub pratextu gratiæ insistere peccato ejusq; regno: sed id agere, ut non dominetur vel regnet peccatum in mortali ejus corpore.* Argumentum pro hoc themate particulari primum, tale est: *Mortui peccato, non amplius vivere debent in peccato.* Atqve *justificati ex fide sunt mortui peccato.* E. Minorem statim probat Apostolus: *Baptisati in Christum Jesum sunt mortui peccato.* Atqve *justificati* &c. sunt. E. Majorem iterum probat: §. 3. *Baptisati in mortem Jesu Christi cum Christo sunt mortui & sepulti, atqve adeò, sicut Christus excitatus est a mortuis per gloriam Patris, ita illi in novitate vitæ debent ambulare* v. 3. & 4. Atqve *Baptisati in Christum Jesum* &c. E. Pro minore notetur: illud βαπτίζεσθαι εἰς τὸν θάνατον Χριστοῦ Ἰησοῦ nihil aliud esse, qvàm in Baptismo *Mortem Christi per fidem baptizando applicari, ut peccatorum suorum omnium expiationem, & destructionem*, atqve sic hominem spiritualiter mortuum esse peccato, imò cum Christo qvasi sepultum, ut eum eodem *resurgat homo semper vivus.* Notetur ergò hîc 1. *spiritualis* §. 4. *mors.* 2. *Spiritualis resurrectio justificatorum:*

Utriusqve figura & fundamentum ponitur: illius qvidem *mors Christi:* hujus, *resurrectio CHRISTI.* CHRISTO moriente, mortua sunt generis humani peccata, & criminalis obligatio penitùs est destructa: CHRISTO resurgente, justificatio est perfectè acqvisita, & parta omnibus credentibus nova vita.

§. 5. Utrumqve probat Apostolus argumento subordinato: *Qvicunqve per complantationem coaluerunt cum Christo, assimilatione mortis, illi etiam coalescere debent cum illo & σύμφυτοι esse assimilatione resurrectionis.* Atqve *baptisati in mortem Christi.* Argumentum hoc *à furculorum insertione* in genere propositum v. 5. In specie nunc explicat & qvidem resp. *mortis Christi* v. 6. 7. *respectu* autem *resurrectionis* v. 8 9. 10. 11. qvorum hæc brevis summa: 1. per realissimam imputationem omnium peccatorum mundi, factam in CHRISTO agno Dei, & §. 6. justitiæ ac crucifixionis JESU satisfactoriæ imputationem factam hominibus, *crucifixo Christo, verè qvoqve crucifixus est vetus homo,* & adeò abolitum ac *abolendum peccati corpus,* nec amplius *peccato serviendum.* v. 6. 2. Christus expiatis, qvæ in formâ servi, ut agnus Dei bajulabat, peccatis, ex mortuis reviviscens, nec jam amplius peccato, nec mortis dominio est obnoxius. Ita justificatus *semel peccato mortuus, vivit Deo.* v. 7. 8. 9. 10 11.

3. Objici

3. Objici poterat, illam resurrectionem & vitam novam ad exemplum Christi, esse impossibilem homini justificato, qvippe qvi non *sit immunis ab omni peccato* & circumgestet ex parte *veterem Hominem*. Prævenit ergò Apostolus v. 12 distingvens inter *totalem & radicalem peccati exuitionem*, & *ejusdem suppressionem* ne sc. *regnet*: atqve adeò thema superius specialius repræsentat, tale sc. *Qvi peccato sunt mortui, in illorum mortali corpore non debet regnare peccatum*, & explicat, qvid supra voluerit per: μὴ βασιλεύειν τῇ ἁμαρτίᾳ item per: ὑποτάσσειν τῇ ἁμαρτίᾳ v. 1. 2. Aliud sc. est: *Peccatum est, seu peccatum habitat in mortali corpore*: aliud, *peccatum regnat in mortali corpore*. Prius de *omni* etiam *justificato* rectè dicitur, qvi non tantum est *subjectum denominationis* seu circa qvod fit renovatio: sed etiam qvâ veterem hominem seu corruptas per peccatum facultates hominis omnes & singulas, tàm superiores, qvàm inferiores *est subjectum proximum & materiæ adæqvatæ*, in qvâ fit *renovatio*: probatur ex v. 6. hujus capitis conf. Ephes. 4. 22 Coloss. 3. 9. 10. qvæ cum hâc in vitâ *ob defectum perfectæ commensurationis cum regulâ justitiæ & sanctitatis divinæ*, non solùm sit imperfecta (cum nunqvam habitus pietatis nobis inhærens ad gradum illius excellen- §. 1. §. 2.

tiæ perveniat) sed etiam *omnis actio hominis renovati intuitu hujus defectus sit peccaminosa* Roman. 8. 5. 6. Ps. 19. 13. proinde omnibus etiam justificatis & sanctis dicendum: *Dimitte nobis debita nostra* 1. Joh. 18. Psal. 32. 6. At posterius,
§. 3. in sensu composito, non dicitur nisi de *irregenito*: in sensu autem diviso etiam de regenito: possunt enim peccata etiam regenitum reluctantem aliqvando superare, ut ita qvi antea erat in gratiâ regenerationis, jam sit sub regno peccati: alio tamen modo peccata regnant in irregenitis: alio (juxta superiorem limitationem) in regenitis conf. 2. Tim. 2. 26. Joh. 8. 34. Eph. 5. 4. 18. 19. concludimus: *Peccatum etiam tum verè est peccatum, cum non regnat*: nec adeò à negato peccati regno in homine justificato, ad negandum peccatum
§. 4. propriè dictum V. C. Allegat hunc textum Augustinus 1 de nat. & grat. c. 37. soluturus objectionem Pelagii: *Certè primo tempore Adam & Heva, ex qvibus Cain & Abel nati sunt, qvatuor tantum homines fuisse referuntur. Peccavit Heva: Scriptura hoc prodidit: Adam qvoqve deliqvit, eadem Scriptura non tacuit: sed & Cain peccasse, ipsa Scriptura testata est. Qvod & si Abel peccasset, & hoc sine dubio Scriptura dixisset. Sed non dixit. E. nec iste peccavit. Credamus ergò qvod legimus, & qvod non legimus astruere, nefas credamus.* Thesis Pelagii fuit in

sensu

sensu composito *possibile esse, ut homo vitam hanc traducat sine commissione peccati actualis:* Item, *perfectionem illam, ut homo esse possit absque peccato & in hâc vitâ obtineri posse, & actu ipso à quibusdam* e. c. Abele &c. *obtentum esse.* Respondet Augustinus: *Ea scripta sunt, quibus modus fuit adhibendus, & paucis exemplis ad multa necessaria Lector instruendus: exempla dat nomina filiorum & filiarum Adam, quæ Scriptura magno numero tacuit.* Qværit porrò: *Annon Abel, qvamvis justus, aliqvando paulò im-* §. 7.
*moderatiùs riserit, vel viderit aliqvid ad concupiscendum, vel cum oraret, cogitaverit aliqvid, unde ejus in aliud avocaretur intentio?* Addit, *an forte peccata non sunt de qvibus cohibendis moneri mur præcepto Apostolico:* Non ergò regnet peccatum in mortali vestro corpore. *Hic ergò ne obediamus ad ea qvæ non licent, vel minùs decent, qvotidianâ & perpetuâ conflictatione certandum est. Nam utique ex hoc vitio dimittitur oculus, qvò non opartet: qvod vitium si convaluerit, & prævaluerit, etiam adulterium perpetratur in corpore, qvod in corde tantò fit citius, qvantò est cogitatio celerior, & nullum impedimentum morum. Hoc peccatum i. e. hunc vitiosa affectionis appetitum, qvi magnâ ex parte frenarunt, ut non obedirent desideriis ejus, nec exhiberent ei membra sua arma iniqvitatis, etiam justi appellari meruerunt & hoc adjutorio gratiæ Dei. Verum qviâ*

*sæpè in leviſſimis & aliqvando incautis obrepit peccatum, & juſti fuerunt, & ſine peccato non fuerunt.* Conf. Hieron. Dial. 1. cont. Critob. ſuſtinentem perſ. Pelagii.

§. 1. 4. Ne peccatum, prout ſemper *appetit*, dum *adverſus Spiritum concupiſcit, regnet in mortali corpore*, armis opus eſt, *armis Spiritus*, uti ergò in omni renato eſt ἁμαρτία ἔχουσα ὅπλα; ita & *Spiritus armatus*: atqve adeò qvâ ratione à parte juſtificatorum impediri poſſit *regnum peccati in mortali corpore*, docet v. 13. ſc. *Juſtificati non debent ſiſtere membra ſua arma injuſtitiæ peccato: ſed ſiſtere ſe Deo, ut vivos ex mortuis & membra ſua arma juſtitiæ Deo* v. 13. Hâc occaſione pro theſi hujus capitis principali ſeqvitur argumentum 2. à ſtatu gratiæ. *Juſtificati ſunt, ſub Gratiâ, non ſub Lege, ſunt liberati à dominio regnoq; peccati* ne poſſit *terrendo, damnando* κυριεύειν in regenitos. E. *debent membra ſua ſiſtere arma juſtitiæ, & id agere, ne relabantur in regnum peccati*: non debent

§. 2. ζῆν ἐν ἁμαρτίᾳ v. 1. Argumentum hoc, ob λογισμὸν carnalem, qvem Apoſtolus prævidebat, occupatione tractat à v. 15. Scilicet: *Si juſtificati non ſunt ſub Lege: ſed gratiâ.* E. habebunt privilegium peccandi; *Ergò licebit impunè peccare.* Reſpondet Apoſtolus *negando conſeqventiam, & conſeqvens*; & contra

*ſervile*

*servile illud privilegium*, velut justificatis indidignum disputat v. 16. 17. 18. qvorum hæc summa est: *Illi est serviendum, cujus sumus servi. Atqve justificati non peccati: sed justitiæ sunt servi. Ergo non illi: sed huic debent servire.* Minorem probat ex *comparatione statuum ante & post gratiam.* Ibi fuit *servitus peccati*: v. 17. hic *justitiæ* v. 18. unde *tertium argumentum* pro superiori thesi ducit Apostolus v. 19. uti qvart. *ex oppositione regnorum Diaboli & Christi* v. 20. 21. 22. 23. Scilicet in regno Diaboli 1. *Sistuntur membra serva impuritati & Legis transgressioni.* 2. Ibi sunt *servi peccati, & liberi justitiæ* v. 20. (Objici poterat: jucundum tamen esse peccati regnum, in qvo tanta libertas: prævenit Apostolus asserendo *pudendam* & abominabilem esse illam libertatem, & miserrimam jucunditatem: qvia) 3. ibi *finis & stipendium* est *Mors æterna* v. 21. 23. §. 3.

Contra in regno Christi, 1. *Sunt liberati à peccato, & servi facti Deo*: atqve adeò *vera libertas est Deo servire, à peccato liberum esse.* 2. *Fructus* ibi est *sanctificatio.* 3. *Finis, vita æterna* v. 22. §. 4.

Ratio & seqvela utriusqve in v. 23. *Mors æterna ad peccatum, habet se ut stipendium ad meritum. Vita æterna*, ad servitutem justitiæ & sanctificationem, *ut χαρίσμα τοῦ Θεοῦ.* Atq; ita clauditur Disp. c. 6.

5. Seqvitur effectus 3. *à reatu legis liberatio & spiritualis fructificatio* c. 7. conf. v. 1. 4. §. 1.

gumentum principale, à qvo orditur Apostolus hanc tractationem tale est: *Separatus à lege per mortem alligatur Christo ad fructificandum Deo. Omnis justificatus est talis.* E. Majorem probat exemplo *Legis conjugij* v. 1. 2. 3. Minorem v. 4 ubi proinde est formalis conclusio.

§. 2. Prosyllogismus ille *Legalis* (talem enim docet illa parenthesis: Peritos Legis alloqvor) est talis à v. 2. *Sicut se habet Mulier ad Maritum mortuum: ita justificatus ad Legem.* At illa à Lege *mariti mortui per mortem est liberata, adeò ut* (qvod vivente marito non licebat) *nubere liceat alteri viro, sine mœchæ titulo.* E. *& justificati qvippe mortificati Legi* (uti Lex mortificata illis) *per corpus Christi liberi sunt à dominatu legis, & juncti Viro alteri, ut fructum ferant Deo:* atqve adeò *geminum* hîc describitur *conjugium*, unum *hominis carnalis*, ut uxoris, & *Legis dominantis*, ut Mariti; alterum *hominis spiritualis* seu regeniti, & *Mariti* qvi est *Spiritus Christi.* Manet ergò Conclusio talis: *Lex non dominatur justificatis, qvippe per corpus Christi Legi & peccato mortuis.* Hâc occasio-

§. 3. ne *duplicis Conjugij* Apostolus subjicit collationem *geminati status*, unius *Peccati* seu *Carnis*: alterius *justitiæ* seu *gratiæ.* De illo agit v. 5. de hoc v. 6. In *statu carnis* Apostolus qvatuor distinctè memorat, sc. 1. *Peccata* ſ. τὰς ἁμαρτίας.

τίας. 2. Παθήματα peccatorum τὰ διὰ τοῦ νόμου sc. φανερώματα vel καθ' ὑπερβολὴν πεπλεονασμένα. 3. Illorum παθημάτων seu *passionum in membris* nostris *energemata*. 4. Fructus illorum παθημάτων s. ἐνεργημάτων mors æterna. In *statu justitiæ* pariter Apostolus ponit 1. liberationem à Lege antea detinente, & adeò peccato, & illis παθήμασι peccatorum. 2. Energemata opposita sc. *servire in novitate Spiritus & non in vetustate literæ*. Ita se habet primæ partis in hoc capite resolutio. §. 4.

In v. 6. dubium faciunt illa verba: ἀποθανόντες ἐν ᾧ κατειχόμεθα. Dubium exinde geminum: Unum an legendum ἀποθανόν]τος uti Beza; *Mortuo eo in quo detinebamur* an ἀποθανόντες; alterum qvis ille ἐν ᾧ κατειχόμεθα, an peccatum, an Lex? Sed omninò, & ibi legendum ἀποθανόντες, & ille ἐν ᾧ κατειχόμεθα est νόμος, certo sc. respectu maledictionis &c. utrumqve contra Bezam, qvi prolixè contrarium defendit. Ordinatio est: νυνὶ δὲ ἀποθανόντες (τῷ νόμῳ) ἐν ᾧ κατειχόμεθα κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου: neqve magis implicat *renatos Legi mortuos*, qvam eosdem vel κατηργημένους ἀπὸ τοῦ νόμου uti hoc v. vel θανατωθέντας τῷ νόμῳ dici. Sed de hoc positu alibi. §. 5.

Porrò *servire in vetustate* §. 6.

*literæ*

*literæ* est ex coactione Legali, etiam dum tædio id facere, qvod extrinsecus Lex præscribit: cui opponitur Dulia ἐν καινότητι πνεύματος, qvæ est illorum qvi sunt עבדות & ducuntur filiali & *spontaneo* Christi Spiritu.

§. 1. 6, Occasione hac *usus legalis*, & *mortificatæ Legis* seqvitur *Occupatio* 1. E. *Lex est peccatum*, non qvidem *formaliter* sed *effectivè*: qvatenus sc. per νόμον est πλεονασμὸς ἁμαρτίας vid. sup. c. 5. 20. Resp. Apostolus negando consequentiam, & explicando qvomodo ex Lege sit *peccatum abundans*, sc. non per se & resp. esse realis: sed tantùm *occasionaliter* & resp. *esse cognoscibilis*. Lex non facit ut sit peccatum abundans: sed, ut, qvod jam antea tale est, tale esse cognoscatur. Lex sancta, justa,

§. 2. bona nec est peccatum, nec efficit peccatum nisi 1. *per modum revelationis* v. 7. qvia sc. peccatum non cognoscitur nisi per Legem: qvod Apostolus statim probat exemplo concupiscentiæ v. 7. 2. *Per modum exaggerationis*: qvia sc. cum *peccatum sine Lege sit mortuum*, ubi Lex jam revelavit id esse peccatum, qvod tale antea non agnoscebatur, *peccatum occasione inde arreptâ, facit vehementèr fervescere concupiscentiam* antea qvietè regnantem, atqve sic Lex *ostendendo in conscientiâ peccatum*, naturam incomprehensibili qvodam terrore confun-

confundit, unde irritata natura corrupta Legi Deoq; irascitur v. 8. Illum *modum exaggerationis* & illam ἀφορμὴν ἁμαρτίας v. 8. explicat Apostolus suo *nondum renati* exemplo v. 9. 10. 11. qvorum hæc summa est: *Erat in me Pharisæo odium & blasphemia Dei, erat multiplex concupiscentia: sed qvia conscientia hæc ignorabat, non sentiebam intra me esse tantum peccatorum molem, nec Lex ostendebat, vel terrebat ignorante sc. conscientia peccatum. Vixi itaqve ad tempus sine Lege. & adeò sine Conscientia internorum peccatorum, etsi Zelotes patriarum Legum: & tunc erat peccatum mortuum. At veniente Legis præcepto, peccatum, redivivo qs. stimulo conscientiæ, revixit, ubi cœpi indignari, terreri, furere adversus Legem & Deum, adeoq; mori, & sic Lex peccatum ostendendo, exaggerando mihi fuit mortis instrumentum, propter occidens me per Legem peccatum.* §. 3. Concludit ergò Apostolus v 12. *Legem non esse peccatum, nec efficere*, propriè Joqvendo, *peccatum*: Sed esse SANCTAM, *Præceptum item esse sanctum, justum, bonum*: neqve enim illa *ostensio vel exaggeratio* arguit vitium Legis: sed corruptæ nostræ naturæ.

7. Ex responsione ad objectionem 1. oritur §. 1. Occupatio 2. & tale argumentum: *Præceptum cedit ad mortem* v. 10. *& occidit* v. 11. *Præceptum est sanctum, justum, bonum* v. 12. E. *qvoddam*

*qvod*

*quod est sanctum, justum, bonum mihi cessit ad mortem, & me occidit.* v. 13. Resp. Apostolus ad majorem, ostendendo *fallaciam causæ.* Causam sc. illius effectus θανάτου non *Legem* esse: sed *peccatum:* ἀλλὰ ἡ ἁμαρτία sc,

§. 2. ἐμοὶ γέγονε θάνατος. Lex autem nihil ad mortem facit: nisi in qvantum facit, *ut appareat* (qvam pernicioſa res sit) *peccatum*, talis sc. *qvæ per id qvod bonum est* (per Legem) *efficit mortem*, atqve ita *peccatum fieret ad modum peccans per illud præceptum.* Qvæ versus 13. est vera metaphrasis. Hâc Occasione applicat Apostolus usum Legis etiam ad credentes, idq; in suo, renati, etsi non qvà talis, exemplo à v. 14. & ponit 1. firmissimam *pro Lege etiam in renatis damnabilia qvædam inveniente demonstrationem*

§. 3. v. 14. qvia sc. *Lex est spiritualis: homo autem renatus*, etsi agitur à Spiritu S. tamen *ex parte*, κατὰ τὸν *secundum veterem hominem est carnalis venundatus sub peccato:* qvod ex effectu probatur v. 15. qvia sc. *non agit qvod vult: sed facit, qvod odit.* Ponit 2. *duorum agendi principiorum in homine renato* oppositionem (unum, est ὁ ἔσω ἄνθρωπος *novus homo* alterum *peccatum inhabitans*) & perpetui duelli in homine justificato descriptionem adusqve v. 24. Ponit 3. *Querulam* ratione profundissimæ corruptionis *exclamationem* v. 24. Ponit 4. ra-

tione

tione liberationis seu non imputationis mali (qvippe non est ab homine renato: sed inhabitante peccato) *humilimam gratiarum actionem* v. 25. atqve sic clauditur c. 7.

8. Disputatio jam inde ab AUGUSTINO & ætate *Pelagij* omnibus seculis fuit de נישא §. 1.
המאמר s. *Subjecto textus posterioris* hujus Capitis jam inde à v. 14. & mentione τοῦ σαρκικοῦ & πεπραμένου ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν s. *carnalis & venundati sub peccato*, utrum Paulus sub personâ suâ loqvatur *de homine non regenito, sub Lege constituto: an de homine regenito, & sub gratiâ posito?* Affirmavit primum *Pelagius* tàm in comm. in qvo sensum hunc diligentèr inculcat, qvàm *lib. 3. de lib. arbitr.* qvem, uti in hæresi, ita in hâc qvoqve interpretatione secutus est superiori seculo *F. Socinus Senensis*, qvi superiori seculo 1582 peculiari disputatioue sub nomine *Prosperi Dysidæi* editâ sententiam *Pelagij* & interpretationem hujus textus *de Paulo non regenito* defendit, cumq; ab Anonymo illa esset oppugnata, *Apologiam Disputationis* illius de loco 7. cap. Epist. ad Rom. scripsit, dedicatam *Nicolao Barnhaudo Medico, uti vocat*, & *Philosopho eximio*, anno 1595. Atqve uti Pelagius, referente Augustino l. de grat. Christi c. 39. scripsit, *Omnes Ecclesiasticos Viros asserere Paulum hoc in* §. 2.

*peccato-*

*peccatoris & sub lege adhuc positi personâ dixisse* ita Faustus Socinus in Apologiâ suâ *Origenem, Hieronymum, Chrysostomum, Theodoretum, Oecumenium, Photium, Ambrosium*, ut qvos autores suæ interpretationis habeat, allegat: qvin *contrariam sententiam* dicit *unum esse ex multis erroribus, qvos Pontificiis acceptos referre debemus, ipsi verò Pontificij Augustino, cui nimium &*

§. 3. *Evangelici sint addicti.* Potuit Socinus eodem jure, qvo pro se allegavit verum Hieron. in c. 3. Daniel. & qvæst. 8. ad Algasiam, etiam *Augustinum* allegare: qvia & hic aliqvando favit sententiæ primæ: uti ex qvæst. 66. l. 83. nec non qvæst. 1. ad simplic. constare potest: Sed, uti *Augustinus*, occasione certaminum Pelagianorum, contextus & Scopi Apostolici scrutator magis industrius apertè retractavit *l. 1. retract. c. 23. 26. l. 2. c. 1.* vid. idem passim, & præprimis *l. 1. cont. duas Epist. Pelagianorum c. 8. 10. 11.* ita non minùs *Hieronymus* vid. *Ep. ad Eustach. de custod. â virginitatis & lib. 2. Dial.*

§. 4. *adv. Pelag. c. 1.* Habet utraqve sententia Patres autores. *Carnalem esse, sub peccato venundatum, agere non qvod bonum est: sed qvod est malum, captivum teneri in lege peccati*, non videntur competere homini constituto sub gratiâ: qvod proindè movit *Hilarium, Gregorium, Vaz. & Ambrosium, Chrysostomum, Lyranum, Carthusianum*, & qvi peculiari tractatu qvæstionem

stionem hanc tractavit, Fr. *Toletum*, *Erasmum*, ut de homine non renato interpretarentur. Ita & ex Calvinianis *Musculus* & *Bucerus*. At *velle bonum spirituale*, *odisse malum*; *consentire* §. 5.
*& condelectari Legi Dei*, *non amplius obnoxium esse damnationi*, dicere: *Non ego*: *sed peccatum inhabitans &c.* arguunt sane, hoc dicere *Paulum de se ut jam planè regenito*, *seu qualis erat*, *cum ista scriberet*, nec ullo modo verisimile est, ad personam hominis sub Lege constituti, & adhuc in regno peccati versantis, qvi qvalis sit docuit Apostolus c. 2. hæc Apostolum referre, vel salvâ fidei analogiâ referre potuisse. Omninò ergò, uti olim contra Pe- §. 6.
lag. *Augustinus*, eundemq; secuti *Prosper*, *Gregor. Rom.* *Hugo Victorinus*: & ante August. *Methodius* Martyr vid. Epiph. hæres. 64. ita nunc contra *Socinianos* defendendum est; Paulum *hic de se agere*, *ut planè regenito*, *etsi non secundum partem regenitam*: *sed secundum veterem hominem*, &c. Paulus sc. regenitus fidelis, *ex parte* est *carnalis*, *ex parte veteris hominis*, sub peccato venundatus: qvatenus adhuc fomitem peccati, eundemq; verè peccatum & *causam peccati* circumfert, & experitur *carnem concupiscentem contra Spiritum*. Facit pro illo *mutatio temporis*, qvæ profectò hîc vehementèr indicat *mutationem Status*. Fuerunt

 hactenus

§. 7. hactenus verba *temporis præteriti* e. c. ἔγνων, ἤδειν, v. 7 καλεμράσατο, v. 8. ἔζων, ἔζησεν, v. 9. ἀπέθανον, εὑρέθη, v. 10. ἐξηπάτησε, ἀπέκλεισεν, v. 11. &c. Nunc *præsentis temporis* sequuntur vocabula: Carnalis εἰμι v. 14. ὁ κατεργάζομαι τὸ γινώσκω, θέλω, πράσσω, μισῶ, ποιῶ v. 15. conf. v. seq. & benè notetur illud iteratum v. 17. & 20. οὐκ ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία. Hæc certè non poterat dicere Paulus *de se ut non regenito* 1. Tim. 1. 13 uti & illud iteratum ἡ οἰκοῦσα ἁμαρτία: nam in non renatis non saltem est ἡ οἰκοῦσα: sed & ἡ ἁμαρτία ἡ βασιλεύουσα vid. c. 6. 12. conf. superius §. 4. & §. 6. pro orthodoxiâ textus proposita & cum
§. 8. illis Gal. 5. 17. Objectiones omnes tùm *Pelagianorum veterum*, tùm *Socinianorum* diluit clausula capitis Apostolica v. 25. *Igitur ego* πῷ μὲν νοῒ Mente *quidem* (seu interiore homine) *servio Legi Dei*: τῇ δὲ σαρκὶ, carne *autem*, *servio Legi peccati*. Inculcat passim Socinus Apolog. superiùs allegatâ, se non de *irregenitis quibuslibet*: sed *illis saltem* textum hunc intellectum velle, *qui sub Lege ad omnium excellentissimum gradum pervenerint*. *Probè*, inqvit, *scio, complures esse homines non regenitos, seu sub ipsâ Lege adhuc constitutos, qui istâ*

*mente*,

*mente, qvâ sc. velint obtemperare Legi* v. 22. *non sunt præditi: unde apertè repeto, Paulum hoc loco hominem Christi expertem, & ab ipsâ Lege pendentem describere, neqve tamen qvemlibet ejusmodi hominem intelligere: sed eum, qvi in eo statu ad excellentissimum gradum pervenit.* At hæc hypothesis disputationi Paulinæ c. 12 & 3. ex Diametro est contraria, ubi non de *irregenitis rudibus:* sed *satis excellentibus cognitione Legis*, agit, eosdemq; communi sententiâ cum aliis *peccatores* absolutè pronunciat, & tam *mente*, qvam *voluntate* undiqvaqve corruptissimos conf. c. 3. 10. 11. 12. 13. ubi talis excellentissimus Fausti Socini jugulatur ab Apostolo. §. 9.

Argumentum Socini principale: Si de *homine ut regenito Paulus loqvitur, fatendum hominem renatum non concupiscere tantùm: sed etiam factis ipsis mente licet repugnante, concupiscentiam suam plerumqve explere.* Ita *Socinus* contra explicationem *Augustini* qvæ fuerat talis: *Malum facio*, id est, *concupisco*, ut sc. *hoc saltem dicatur, in homine regenito adhuc concupiscentiam remanere, cui tamen is nec animo nec facto ullo modo consentiat.* Concedimus facilè, illud, qvod Apostolus inqvit, *Malum qvod nolo hoc facio*, non absolvi *concupiscentiâ abstractâ:* sed omninò *motus qvoqve & actiones carnis* s. *Veteris hominis* involvere. *Vult* homo *jam justificatus & regenitus*, bonum i. e. *Vult*, & optat in §. 10.

se perfectam derogationem seu deprivationem ejus, qvod intellectus, voluntas, & appetitus naturaliter concipiunt, eligunt, & appetunt menti & voluntati divinæ adversum: optat, ut omnes facultates & actiones suæ perfectè conformentur cum divinâ Lege: sed sentit se propter inhabitans adhuc peccatum, non capacem perfectæ renovationis: sentit se illud *bonum, qvod vult, non agere*, imò omnes suas actiones defectus illius intuitu peccaminosas esse: sentit se, *qvod non vult, hoc agere* i. e. in se seu *Carne suâ νόμον ἀνθισρατευόμενον Legi mentis & captivantem experiri*, non exactè normæ sanctitatis & justitiæ divinæ seu Decalogo conformati, ab eminenti dilectione Dei & charitate proximi sæpè ita abripi, ut remissius Deum proximumq; diligat, qvàm par erat. Neqve tamen probandus
§. 11. Socinus, qvi *homini huic Paulino* voluntatem *planè inefficacem & imperfectam, qvæ non impediat qvò minus is, & peccati servus, & qvi totus à peccato possideatur, dici possit*, tribuit. Paulus non dicit se *totum sub peccato venundatum, se totum adeò peccati servum* v. 14. conf. v. 25.
§. 12. Sunt ejusdem hypothes aliæ aperte falsæ e. c. *Hominem non regenitum posse aliqvid boni velle, vel cogitare. In homine non regenito etiam Luctum Carnis & Spiritus esse, Hominem talem non totum*

*totum possideri à peccato.* Contra in *non regenitis* s. *non justificatis* non est *Spiritus:* sed *tantùm Caro:* non adeò *Lucta Spiritus:* non boni motus & actiones sive Evangelicè Matth. 12.33. Ebr. 11.6. sive νομικῶς seu Legaliter Gal. 3.10. Matth 22.37. Utitur passim hoc §.13.
textu Augustinus contra Pelagium: Statuebat hic, *Hominem habere possibilitatem non peccandi naturæ insitam, ita ut non peccare sit arbitrij & liberæ voluntatis:* & admittebat qvidem tandem Pelagius *gratiam: sed nonnisi qvatenus ejus naturæ Deus Autor est, cui possibilitatem non peccandi naturaliter insitam dicit.* Contra Aug. ex h. l. *Ubi,* inqvit, *est posibilitas qvæ inseparabiliter insita probatur esse naturæ? Ecce homines qvæ volunt ea non faciunt; Cum vult, ergò faciat, qvia non vult, non facit. De peccando utiqve agebat, non de volando, qvia homines non alites erant* c. 50. de nat. & grat. Idem ad v. 24. ad lacrymas Pauli. *Paulus sanctus & verè* §.14.
*renatus, cum sentiret non licere hic vivere sine peccato, optat liberari ex corpore peccati, seu mori sine peccato. Acutè Pelagius, statuens posibilitatem vitæ sine peccato etiam præcisâ gratiâ* objecit olim Hieronymo: *Aut sancti de hâc vitâ abeunt sine peccato, aut cum peccato. Si cum. E. damnantur. Si sine. E. homo saltem propinqvante morte esse potest sine peccato in hâc vitâ.* Respondit Hieronymus: *Cum sit acutissimus*

*parum attendit, non frustra etiam justos in oratione dicere: Dimitte nobis debita nostra: & Dominum Christum illi orationi subjecisse: Si dimiseritis &c. Per hoc enim quotidianum spirituale incensum, quod ante Deum in altari cordis, quod sursum habere admonemur, infertur, etiamsi hîc non vivatur sine peccato, licet tamen mori sine peccato, dum subinde veniâ deletur, quod subinde vel ignorantiâ vel infirmitate committitur.* vid. Aug.

§ 15. l. de nat. & gr. c. 35. Idem Ep. 53. *Si adest illa possibilitas, quare fideles orant, à quo malo se liberari orant, nisi maxumè de corpore mortis hujus: unde non liberat, nisi gratia Dei per Dominum nostrum Jesum Christum. Natura vulnerata, sanciata, vexata, perdita est: vera confessione, non falsâ defensione opus habet.* Conf. idem Ep. 54. Idem ad l. eundem: *Non petit Apostolus liberari de substantiâ Corporis: quia non omnis, qui liberatur de Corpore mortis, seu de substantiâ Corporis liberatur ab inferni pœnis. Testis est Epulo in flammis. Non ergò substantiam sed vitium Corporis accusat. Videt quippe aliam Legem in membris suis repugnantem* (neqve id saltem: sed etiam captivantem & c.) *Legi mentis suæ. Videt esse, non recolit fuisse. Præsentibus urgetur, non posteriora reminiscitur. Hinc orat, hinc adjutorium Medici flagitat.* l. de N. & G. c. 55.

§. 1. 9 Per Eucharisticam clausulam, nexu satis evidenti ad qvartum effectum seu Justificationis

cationis fructum procedit Apostolus c. 8. Proponitur ille in ipso statim exordio capitis: sc. οὐδὲν κατάκριμα τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ atque adeò effectus ille est: *Infirmitatum & peccati in justificatis etiam, & regenitis, adhuc habitantis, etsi non regnantis, non imputatio, & propter illud, talis hominis non condemnatio.* Notetur hic 1. *principium illius non condemnationis*, quod est status *in Christo Jesu*: 2. *Conditio, si non secundum Carnem ambulat: sed secundum Spiritum.* v. 1. 3. *Ratio non condemnationis*, uno verbo est LIBERATIO quia sc. homo §. 2. justificatus *jam est liberatus*, quoad coactionem sc. & maledictionem, *à Lege peccati & mortis*: quæ ἐλευθέρωσις facta dicitur per τὸν νόμον τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, durch das Gesetz des Geistes der da lebendig machet in Christo Jesu: quæ ἀπολύτρωσις est Evangelii per quod donatur omnibus in Christum credentibus *Spiritus vivificans* v. 2. Liberationem illam probat v. 3. & 4. qui auream planè sententiam continent, cujus hoc est breviarium. Ex hominis §. 3. incapacitate per lapsum contractâ nulli homini hâc in vitâ perfectæ Legis observatio seu impletio possibilis erat: erat ibi *virium Legalium* non *imbecillitas*: sed *nullitas*, & talis ἀδυναμία, quæ simul esset ἁμαρτία; idq;

διὰ τὴν σαρκὸς ſ. *corruptæ naturæ vitio: Sacrificia* præterea *Legalia* hircorum & vitulorum non poterant præſtare *expiationem pro peccatis mundi:* ſed in illis qvoqve dominabatur, τὸ ἀδύνατες καὶ ἀνωφελὲς illud conf. Hebr. 7. 18. Qvæ ergò *legis, qvippe omnibus viribus deſtitutæ erat impotentia, Deus perfecit impletionem legis in carne* imò *in formâ, conſimili carni peccato obnoxiæ* (ὁμοίωμα enim ad ἁμαρτίαν pertinet) *miſſo filio*, ut non ſolùm in Legali rigore *illam impleret:* ſed & ut περὶ ἁμαρτίας ſ. *Sacrificio propeccatis* (conf. qvà vocem, Heb. 10. 6.) *victimâ* ſc. *ſui corporis peccatum damnaret, in illâ ipsâ ſc. carne humanâ,* (qvam peccatum damnationi obnoxiam ſubjecerat: ἐν τῇ σαρκὶ, noſtrâ ſc. per peccati inhærentiam; CHRISTI, nonniſi per realiſſimam peccati imputationem) idq; tùm *meriti Legalis*, tùm *Sacrificij* corporis JESU CHRISTI apoteleſma, tantam habet vim, & efficaciam, ut δικαίωμα τοῦ νόμου h. e. *abſolutiſſima Juſtitia qvam Lex poſtulat, impleatur non* qvidem *à nobis:* ſed *in nobis*, qvia ſc. Chriſtus, qvi Legem implevit eſt in nobis, & nos in CHRISTO, *qvi non ſecundum Carnem: ſed ſecundum Spiritum ambulamus.* §. 4. Ita ſicut in ipsâ theſi v. 1. ita hîc in probatione v. 4. *eandem ambulationis ſecundum Spiritum clauſulam* addit Apoſtolus.

De

De homonymiâ Vocis *Carnis*, *de ambulatione secundum carnem* (qvæ est irregenitorum & *peccati regnantis*) *& secundum Spiritum* (qvæ est regenitorum, in qvibus qvidem est vetus homo: sed sine regno) res ex Apostolo liqvida est. Occasione illius iteratæ clausulæ seqvitur *4. ratio illius conditionis*, qvod sc. *ambulatio secundum Spiritum Sanctis verè credentibus & renatis sit necessaria* à v 5. sc. *Omnis ambulans secundum carnem, sapit qvæ sunt carnis* v. 5. *est in Statu mortis* v 6. *est hostis & inimicus Dei* v. 7. *nec* ullo modo *placet Deo* v. 8. At nullus regenitus, credens, *sapit qvæ sunt Carnis*: sed *qvæ sunt Spiritus* v. 5. *est in morte*: sed *in statu pacis & vitæ* v. 6. est *hostis Dei*: sed *amicus Dei, & placet Deo* &c. v. 9. Item. Qvicunqve habet *inhabitantem Spiritum Christi, illius corpus qvidem est mortuum propter peccatum: Spiritus autem vita est propter justitiam, qvin illius corpus qvoqve mortuum vivificabitur per inhabitantem Spiritum* v. 10. At *omnis justificatus* & qvi est in Jesu Christo habet Spiritum Christi &c. v. 9. probatur minor v. 10. E. & adeò justificatus *non est carnalis*: *non* τὰ τῆς σαρκὸς φρονεῖ v. 5. non τῆς σαρκὸς πολιτεύεται v. 4. *sed secundum Spiritum* qvod erat probandum: Atqve illa propositio ambulationis secundum Spiritum iteratur per formam conclusi- §. 5. §. 6.

onis v. 12. qvæ talis est: *Justificatorum est vivere non secundum carnem: sed Spiritum*, i. e. *Spiritu actiones carnis mortificare.* Additur statim ratio 3. *Si secundum carnem vixeritis, futurum est ut moriamini. Si Spiritu actiones corporis mortificetis, vivetis*, vel ζήσεσθε v. 12. qvæ ratio non tàm est *à causâ rei*, qvàm *conclusionis.* Eqvidem *vita secundum carnem* est qvidem *causa rei* s. *mortis:* at non item mortificatio illa est *causa vitæ spiritualis & beatæ:* sed *causa conclusionis*, & adeò *effectus* potiùs, qvam
§. 7. *causa vitæ.* Per regenerationem sc. seu justificationem sumus jam in vitâ: Signum illius *Status vitæ* est *renovatio* s. *sanctificatio*, per qvam introducitur habitus pietatis nobis inhærens: ad illam *renovationem* pertinet illa θανάτωσις τ πράξεων τ σώματος: neqve ergò id vult hæc sententia Apostolica, qvod exinde probare conantur *Majoristæ* in
§. 8 propositionis illius *de bonorum operum ad salutem necessitate* apologiâ: & sicut ex v. 14. *Qvicunqve aguntur Spiritu Dei, illi sunt filij Dei. E. agi Spiritu Dei, est causa vel antecedens conditio filiationis:* ita nec ibi. *Qvi Spiritu actiones carnis mortificant, vivent. E. illa mortificatio est causa vel conditio antecedenter necessaria ad vitam. V. C.*

§. 1. 10. Seqvitur ratio 4. Signum & Character Filiationis v. 14. *Si ambulare secundum Spiritum,*

*ritum*, item: *agi Spiritu Dei* signa sunt filiationis. E. qui non agitur Spiritu Dei, non est Dei filius. At *justificati sunt filij Dei* (& consequenter κληρονόμοι v. 17.) E. *aguntur Spiritu Dei*, & adeò illorum *est ambulare secundum Spiritum, Spiritu actiones carnis mortificare.* Minorem probat v. 15. 16. 17. distingvendo inter *Spiritum* Legalem, Servilem, ex coactione agentem, cujus finis est φόβος *timor* s. *servilis metus*: & *Spiritum* Evangelicum adoptantem, opera carnis mortificantem, cujus finis est fiducialis & *filialis effectus*, & *clamor* ABBA v. 15. atqve adeò argumentatur: *Qvicunqve acceperunt Spiritum adoptionis, per qvem clamare possunt*: ABBA i. e. *Pater, illi & sunt Filij Dei, & certi qvoqve esse possunt de sua tum filiatione, tum vitæ æternæ hæreditate.* Atqve justificati &c. E. Majorem qvà *certitudinem filiationis* probat v. 16. à συμμαρτυρία *Spiritus cum Spiritu*, divini, *Spiritus* sc. *Patris & Filij* vid. v. 11. *cum nostro*: qvà sequelam autem *hæreditatis ad filiationem*, probat v. 17 qvia sc. *si filii.* E. *etiam hæredes Dei, cohæredes Christi.* §. 2.

II. Notetur hîc modus procedendi Apostolicus. Conditionem illam *ambulationis non secundum Carnem*: sed *Spiritum*, tèr Apostolus hactenus in capite iteravit, versu sc. 1. 4. & 12. & qvidem cum specialiori limitatione §. 1.

tione

tione v. 12. 13. vid. sup. thes. 10. § 6. nunc qvartâ vice eandem repetit v. 17. sed cum specialissimâ & exemplari limitatione, vel in *exemplo*, qvod ponitur: συμπάσχειν Χριστῷ s. *pati cum Christo*, v. 17. εἴπερ συμπάσχομεν, *si modò cum Christo patimur, ut cum Christo qvoqve glorificemur:* atqve ita nexu planè divino procedit Apostolus, ad partem ultimam hujus Tractationis, qvæ est de afflictionibus, & Sapientiâ crucis (vid. thes. 1. §. 3) Thema speciale
§. 2. tale est: *Omnis justificatus debet ambulare secundum Spiritum, abnegare semetipsum, tollere crucem suam, sequi Christum,* & ita cum CHRISTO pati (ac in afflictionibus gloriari vid. sup. c. 5. 2) Ratio 1. in eodem v. 16. statim addita est coronagloriæ: qvi volunt συνδοξασθῆναι Χριστῷ s. *cum Christo glorificari*, illi etiam debent συμπάσχειν τῷ Χριστῷ s. *cum Christo pati*, & ita *per multas passiones intrare in regnum seu gloriam* conf. Luc. 24. 26. Act. 14. 21. Heb. 2. 10. Illam *Coronam gloriæ* velut in-
§. 3. ductivum potentissimum, per qvod erigimur πρὸς τὸ συμπάσχειν ex professo, majori vi Spiritus repræsentat Apostolus, ut tantò magis appareret vis argumenti. Pro illo ergò urget 1. *immensam omnisq; comproportionis exclusivam Gloriæ illius magnitudinem* v. 18. qvia sc. ἡ μέλλουσα δόξα ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς

s. *gloria*

*f. gloria in nobis post resurrectionem palàm & pleniſſimè revelanda*, immenſis modis excedit omnia omnium Martyrum, imò τὸ νῦν καιρῷ omnium jam inde à Paradiſo & Habelis Martyrio temporum παθήματα usqve adeò ut nec illa omnia, horrida licet & infanda παθήματα ullam habeant ἀξίαν *meritum*, *comproportionem*, qvâ vel potuerint ἀξιῶσθαι *mereri*, vel qvodammodo reſpondere & cauſari illam vitæ æternæ gloriam. Hoc argumento, velut fulmine concutitur, qvicqvid *pro meritis bonorum operum in ordine ad vitam æternam* habet Papiſmus. Eqvidem poſteriores Scholaſtici in ſolâ *ſive Ordinatione, ſive promiſſione, ſive acceptatione divinâ* dignitatem *operis meritorii* fundant. Tridentini qvoqve qvi anathemate damnant hoc dogma: *Juſtificatum bonis ſuis operibus non verè mereri vitam æternam*, eodem modo *meritum condigni* defendunt, ita ut illa *condignitas* ſuat *radicaliter à merito Jeſu Chriſti*, ex qvo ſit ille *valor operum*: ſed (præterqvam qvod nullibi *talis valor operum* ſit præſcriptus, qvin potius apertè in Scripturis refutatus) Bellarm. illis non contentus, *communis*, inqvit, *ſententia Theologorum admittit ſimpliciter meritum de condigno, ita ut non ſaltem ex Dei liberalitate: ſed & ex juſtitiâ & juſto Dei judicio debeatur meritis operum, poſt-* §. 4.

*tâ pro-*

*tâ promissione merces vitæ æternæ* l. 3. de just. c. 16. §. 5. Statuerat Scotus: *Bona opera esse meritoria vitæ æternæ ex condigno: sed non nisi ratione pacti.* Belarm. l. 5. c. 17. illo non contentus, addit: *etiam ratione operis esse meritoria ex condigno, imò sine pacto etiam habere proportionem ad vitam æternam (nisi quod ad actuale meritum requiratur pactum)* Hæc est vox Bellarmini *anathemate* digna, qvia est ἕτερον Εὐαγγέλιον, qvàm qvod hîc habet *aperta sententia Paulina.*

§. 6. Solent illi ipsi Pontificii passim objicere textum Matth. 25. 35. Cæterum si omnia tot ac tanta hujus seculi παθήματα non sunt ἄξια &c. Multò minùs talia erunt, illa qvæ vocantur, *misericordiæ opera*, qvibus promittitur *retributio æterna*, non certè ex dignitate: qvid enim *buccella panis* & *poculum aqvæ* datum pauperi, ad *vitam æternam?* sed ex merâ dignatione. Neqve obstant textus Luc. 21. 35. 2. Th. 1. 5. Apocal. 3. 4. ubi memorantur καταξιωθέντες τῆ βασιλείας τῦ Θεῦ: neqve enim exinde ad ἀξίαν *Operum*, sive ex se, sive §. 7. ex æstimio Dei acceptantis V. C. *Dignitatem nunqvam dici ex solâ alterius voluntate: sed ex inhærenti aliqvâ qvalitate*, non est universaliter verum: potest omninò, qvi per se talis non est, *dignus* haberi per relationem & formam externam, sine propriâ inhærente qvalitate

e. c. *Si*

e. c. *Si Rex mendicum ad summos honores evehat ille* καξιῶται. 2. Si illud vocabulum diceret *inhærentem dignitatem*, deberet certè *qualitas illa commensum habere*, vel non est *meritum propriè dictum*. 3. Ἄξιον qvidem ex Etymologico est ἰσόρροπον: sed exindè non probatur ἰσότης. Contra: Vita æterna est χάρισμα τοῦ Θεοῦ: & in h. l. absolutè negatur, sive *opera parva*, sive *maxima*, qvorsum pertinet *Patientia omnium Martyrum*, ἄξια esse, & ullam proportionem ad vitam æternam habere.

12. Pro illâ *Coronâ gloriæ* urget 1. geminam ἀποκαραδοκίαν, unam *totius Creaturæ Vanitati, non sponte sua subjectæ, ejusdemq; suspirantis, parturientis, & intimè desiderantis Libertatem ex Servitute corruptionis*, qvæ per totalem abolitionem irrationalis creaturæ tùm demum continget, ubi *revelabuntur libertas gloriosa Filiorum Dei* v. 19. 20. 21. 22. Alteram *Ecclesiæ suspirantis, & redemtionem corporum expectantis* v. 23. idq; per *spem invisibilium* v. 24. 25. Urget 3. *interpellationem Spiritus*, ejusq; robur, & *operationem ineffabilium gemituum* v. 26. 27. qvæ σωσαπλῆξις *Sancti Spiritus* facit, ut non obstantibus infirmitatibus nostris possimus Christo συμπάσχειν. Urget 4. *Lætissimam & glorioſissimam* sequelam cœlestis brabei

qvod

qvod est *glorificatio*, cujus describit 1. radicem seu fundamentum, qvod est ELECTIO. 2. Processum per actus subordinatos, qvi pronuntiat 1. *Præscientia*. 2. *Prædestinatio*. 3. *Vocatio*. 4. *Justificatio*, ad qvos sequitur 5. *Glorificatio* v. 29. 30. Urget 5. *triumfalem & invictam adjutorii divini assistentiam* v. 32. cujus jus fundamentum est 1. *Christi passio & mors*. v. 31. 32. 2. *Resurrectio*. 3. *Sessio ad dextram Patris*. 4. *Interpellatio* v. 33 34. Urget 6. *conditionatum Christianorum resp. inseparabilis & inamissibilis boni, privilegium*; unde illa Jubilæa à v. 35. ad finem usqve totius hujus tractationis est clausula, qvorum majestatem nunc adumbrare saltem jubet paginarum angustia. Abusi sunt hoc textu Dordtaceni ex v. 32. ita argumentati: *Pro qvibus Deus proprium filium tradidit, illis, cum Christo omnia donabit*. Atqve *reprobis cum Christo non omnia donabit*. E. Si terminus Reproborum formaliter sumatur concedi poterat totum argumentum. Aliàs limitanda major: illis, *si credunt in nomen unigeniti Dei Filij*. Sic falsa minor. Ex hypothesi sc. illâ, etiam illis *consequenter reprobis Deus cum Christo daturus fuisset omnia*.

## Thesis I.

A Justificatione ejusq; fructibus altius §. 1.
alscendit Apostolus c 9 10. 11. ad ipsum
sc. *principium Ecclesiæ*, ostendens, qvod,
per tempora παρεσεως & χρόνους ἀγνοίας,
in qvibus Deus ἔασε πάντα τὰ ἔθνη πορεύεσθαι
τὰς ὁδοὺς αὐτῶν Act. 14. 15. c. 17. 30. Ecclesia
fuerit *Judæorum*, gentibus qvasi Atheis Eph.
2. 12. & χωρὶς Χριστὸν, ἀλλοτρίων vid. ibid.
in N. T. contra Ecclesia, rejectis à gratiâ &
gloriâ Judæorum plurimis, *Gentium*, id unicè
*ex indebita Dei misericordia* fluere, neqve adeò
vel operum, meritorum, natalium carnalium
prærogativis, vel titulo Ecclesiæ Judæos co-
ram Deo gloriari, vel contra illam suam reje-
ctionem, & vocationem gentium, *fustrabilita-
tem testamentorum divinorum* objicere posse.
Summa totius hujus partis est in *Testamento* §. 2.
*Mosis* Deut. 32. ubi rejectionem hanc Judæo-
tum plurimorum tùm à gratiâ, tùm conse-
qventer à gloriâ & vitâ æternâ magnificâ vo-
ce expressurus Moses jamjam moriturus duas
ponit protheses contra Judæorum calumni-
as: unam: Deum *etiam tùm qvando Judæos re-
probat & Gentes ad Ecclesiam magno numero vo-
cat* esse צור s. *rupem, constantem, immutabilem:
Opus omne Domini esse* תמים imò *omnes vias, seu*

*consilia Dei* esse משפטו: Deum esse אל אמונה *Deum constantissimæ veritatis*, esse צדיק imò esse צדיק וישר הוא v 4. Alteram: *Deum nequaquam perditè egisse* (seu causam perditionis Israeli esse) *sed Filios sibi ipsis male* מומם *attraxisse, & factos esse generationem perversam, & penitùs laqueis Diaboli contortam* v. 5. (*An Deus perditè egerit sibi? nequaquam,* μὴ γένοιτο: *filiorum ejus est macula: sunt generatio perversa & planè contorta.*) Uti *Canticum totum*, & illud Stereoma Cantici, ita & ejus *clausula* (qva jubet Gentes vocandas ad regnum Christi cantare רננו גוים עמו *jubilèa* huic tractationi Apostolicæ est parallela. Patet ex dictis de argumentis horum capitum. Formula concordiæ hîc de *prædestinatione* agi concedit: neqve abnuit Lutherus in præfatione Germanicâ. Vid. Form. concord. p. 806. 820. Uti Apostolum seriò & ex intentione *de Prædestinatione ad gloriam*, eidemq; oppositâ *reprobatione* passim qvædam interspergere, ex evidentiâ textus v. 11. 22. 23. negandum non est: ita nec affirmandum, Themа principale hîc esse *Electionem ad vitam æternam, & Reprobationem ab illa*: penitùs autem negandum *de Prædestinatione ejusq; speciebus Calvinisticis*, Electione sc. & Reprobatione *absolutâ*, nec CHRISTI nec Fidei antece-

§. 3.

§. 4.

dentèr

denter respectivâ Apostolum hîc agere, nisi in c. 9. 19. ubi repræsentatur ὁ ἀνθρωπος μετὰ τοῦ θεοῦ. Ubi enim in amplissimo hoc §. 5.
argumento reperitur talis conclusio? *Deus* sive *ex creabilibus & labilibus*, sive *ex jam creatis & lapsis*, quosdam *absolutè elegit* ad vitam æternam, iisdemq; postea gratiam irresistibilem, Christum Mediatorem, vocationem efficacem destinavit: alios omnes, eosq; longè plures *absolutè ex solo beneplacito* præterivit non elegit, reprobavit, iisdem nec gratiam nec vocationem efficacem, nec Christum Mediatorem destinavit: quin ut reprobatio absoluta non destitueretur intento fine, illos induravit, ut credere non potuerint, & damnari ad æternos cruciatus possint. Tale decretum nec Christus, nec Paulus (eadem §. 6.
tatio Apostolorum aliorum) ullibi revelavit: estq; illud in Scripturis non saltem *arcanum* & vehementer *apocryphum*: sed & *consilio Dei revelato planè contradictorium*. In capite sanè hoc nono, nullus Argus, etsi totus oculeus, tàm *grande & blasphemum arcanum* invenerit. Et tamen nisi ita inferatur, frustra hîc sub umbone Pauli militatur. Manet: *Sedes doctrinalis THEMATICA Prædestinationis & Reprobationis non est c. 9. Ep. Rom.*

§. 1. 2. A *pathetico* planè *exordio*, & *magnâ vehementiâ affectus conteſtatione* Thema hoc orditur Apoſtolus verſib. 5 priorib. Conſtat exordiolum illud admirabile, tali Apoſtolicâ argumentatione: Qvicunqve ſunt 1. *Fratres mei & conſanguinei mei ſecundum carnem*, 2. *Iſraelitæ*, à ſanctiſſimo ſc. Iſraele pronati. 3. Octo *inſignibus excellentiis* & prærogativis conſpicui, illos à regno Chriſti rejici ſeu *anathema à Chriſto fieri*, verè, vehementèr, continentèr, & ſeriò *doleo*. At Judæi &c. E. Hujus argumenti concluſio eſt in v. 1. 2 memb. 1. v. 3. Minor v. 3. 4. 5. Major ex nexu & relatione v. 3. 4. 5. ad v. 1 & 2. uti docet αὐτόψια textus. Concluſio *& deſiderij & doloris* Pau-

§. 2. lini eſt expreſſiva. Illius objectum erat *ſalus conſanguineorum in Conſanguineo CHRISTO*. Hujus, *anathema eorundem à Jeſu Chriſto*: hoc ipſo enim, qvod vovet *ſe fore anathema*, arguit tales jam factos conſanguineos Judæos. Notetur hîc (1) συμπαθείας Apoſtolicæ vehementiſſima aſſeveratio per gradus *(1) Veritatem dico. (2) & qvidem in Chriſto. (3) non mentior. (4) teſtem appello & Spiritum S. & conſcientiam.* Notetur (2) doloris Apoſtolici exaggeratio *dolor mihi eſt magnus*, & *cruciatus cordis* inceſſabilis, idemq; charitate usqve adeò accenſus, ut cum meo damno, ἐι δυνατὸν, furro-

ſurrogari velim & qvidem αὐτὸς ἐγὼ, אנו קנמי uti Syrus loqvitur, in locum Judæorum, dummodò illis hâc ratione conſulatur. Notetur (3) doloris illius ratio, qvæ eſt: *Judæi facti ſunt anathema à Chriſto* חרמא מן משיחא v. 1. 2. 3. atqve ita modificatur votum ſurrogationis Paulinæ: qvod ſc. *Judæi actu ipſo jam erant, id ex ardenti charitate pro fratribus Apoſtolus optat ſe eſſe,* ἀνάθεμα ſc. ἀπὸ Χριστοῦ Ιησοῦ. Notetur (4) dolorificæ illius rationis gradatio à v. 3. m. 2. *Fratres* ſc. *& Cognatos Pauli ſecundum carnem*, tot excellentiis conſpicuos Iſraelitas, incurrere pœnam *anathematis*, & ſeparari *à Jeſu Chriſto* maximus erat gradus doloris Apoſtolici. Controverſiæ hîc inſigniores, partim circa *anathema à Chriſto Jeſu*, partim *circa illas* occurrunt *Judæorum excellentias*. Circa *votum anathematis Paulinum* qvæſtio *de jure* moveri ſolet, an in illo ſit τὸ θεῖον τι an aliqvid ἀνθρωπινὸν & ἀσθενές. Pro primo omninò facit συμμαρτυρία *conſcientiæ Paulinæ, & Spiritus Sancti* v. 1. & uti votum illud, ſublime *amoris erga Chriſtum, & dilectionis erga Judæos* argumentum pro illuſtrandâ Dei gloriâ interpretari, eſt facile: ita in illo non negandum dari aliqvod inexplicabile. Solet huic parallelum exemplum allegari votum Moſis *de deletione ex*

§. 3.

§. 4.

*libro* ex Exod. 32. 32. qvod non improbandum, modò rectè explicetur ille *Liber*. Sed ad

§. 5. rem. Textus *de voto anathematis* ita habet: ἠυχόμην αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τ῀ Χριστ῀ ὑπὲρ τ῀ ἀδελφῶν μου, ubi illud ὑπὲρ, qvod in tali positu est רשין חירוף s. *permutationis* particula, facilè *statum Judæorum* ostendit: qværitur autem, *an Apostolus idem illud anathema, in qvo erant Judæi, sibi optet?* Pro negativâ facit, qvod ad votum suæ rogationis in locum pœnæ, non reqviratur præcisè identitas: sed sufficiat æqvivalentia pœnæ exacta juxta proportionem Geometricam &c. Si pro subdito capite plectendo Princeps oculum sibi erui patiatur. Malum pœnæ, non κ῀ τὸ πρᾶγμα: sed καθ' ἡμᾶς, non ex *proportione rei*: sed *personæ* æstimatur. Majus malum est in se, vitam amittere qvàm vel unum oculum vel manum: & tamen da-

§. 6. tur ibi proportio. Omninò tamen hîc *affirmanda est* qvæstio, qvia in voto vel *optativo Apostolico* est expressa præscriptio speciei illius mali, in qvo erant Judæi: nec tantum in *actu signato* dicit Apostolus, *se optare id ferre pro Judæis, qvod debebatur Iudæis*: nec dicit, se optare *malum aliqvâ circumstantiâ æqvivalens* malo Judæorum (nec Apostolus poterat in proportione Geometricâ ita se habere ad totum Israelem

Israelem reprobatum: uti Rex, vel Regis filius ad unum subditum): sed in actu exercito optat *se esse anathema à Christo Iesu pro fratribus.* Qværitur 2. de qvidditate *voti anathematis:* qvodnam illud malum, cui Judæi jam subjecti, & cui Paulus optat subjici? *an damnatio æterna?* Ita passim, ut hic sit *optativus impossibilium*, Paulo sc. præ eminenti dolore, & exuberante charitate damnatione æternâ Judæorum salutem redimere volente, annotatur. §. 7.

Qvæstio est magni momenti, & qvæ phosphorum affert toti disputationi Paulinæ. §. 8.

Dicimus 1. Per illud: *Fratres mei sunt facti* ἀνάθεμα ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, intelligitur *bonum* qvod antea Judæi habuerunt: sed nunc amiserunt, & *malum*, qvod Judæi per Christum σημεῖον ἀντιλεγόμενον contraxerunt, antea autem non habuerunt: hoc ipso enim, dum Apostolus illos nunc *anathema factos* commemorat, olim tale non fuisse, satis significat. §. 9.

2. Seqveretur ergò ex hypothesi superiori, vel eosdem fuisse *& electos & reprobos, & salvandos & damnandos:* vel *nationem Iudæorum totam antea habuisse merè Electos* salvandos: nunc autem *merè reprobos* damnandos: vel tempore Pauli *particularem qvorundam Iudæorum electionem ad vitam desiisse*, vel sub V. T. *reprobationem particularem Iudæorum non*

*extitisse.* Absurda omnia. Apparet facile
§. 10. de publico ministerio à Judæis ablato, Gentibus concesso, textum agere: *& non repugnantiam mutationis illius cum immutabilibus promissionibus divinis*, Paulum ostendere, & adeò ex professo disputare, cur, cum omnes impietate *gratiam Ecclesiæ & prærogativam Verbi* excusserint, nunc id majori parte *denegetur Iudæo*, concedatur ἔθνεσι, s. *Gentilibus?* Patet simul inde *& anathematis, & voti* ratio specialis.

§. 1. 3. Excellentiarum caput est ISRAELITA. Israelitarum caput ISRAEL seu JACOBUS, cui primò omnium ex ineffabili illâ contentione *& principatu agonis*, qvi memoratur Gen. 32 tàm augustum. & sanctioris radicis ac compositionis vocabulum, factum est *nomen proprium*: unde postea populus omnis ex Jacobo descendens ISRAELIS nomine excellit in Scripturis. Hoc supposito, seqvitur *octonarius superior excellentiarum nationalium* qvas inter i. υἱοθεσία seu *adoptio*, qvod sc. DEUS ex omnibus gentibus terræ hunc populum assumserit סגלה מכל העמים s. peculium Dei præ omnibus populis, illum adoptaverit, imò hanc gentem, *velut portionem & funiculum hæreditatis suæ selegerit*, ut ita ISRAEL esset *Primogenitus Dei*, de qvo Deus ipse alibi: בנים גדלתי ורוממתי conf. pro

hâc

hâc excellentiâ 1. Exod. 19. 5. Deut. 7. 7. 8. c. 9. 5. 6. c. 32. 9. Esaiæ 1. 2. Exod. 4. 22. בני בכורי ישראל. Excellentia 2. est ἡ δόξα, illustre planè & beneficium & vocabulum. Notatur illo, præter aliorum miraculorum in hoc populo exhibitorum gloriam, tàm *gratiosa & gloriosa Dei* in V. T. in Ægypti exodo, in 40 annorum deserto, in tabernaculo & templo 1. per admirandum nubis & ignis columnæ Symbolum revelatio, & majestatica inhabitatio conf. Exod. 40. 34. 1. Reg. 8. 10. 11. ita ut respectus vocis sit ad השכן seu ad שכן כבד יהוה qvæ ipsa passim vocatur כבד יהוה cui hîc respondet δόξα, tùm vel maximè, qvi illis Symbolis figurabatur τὸ σῶμα τοῦ Θεοῦ seu Dei incarnati ex hâc gente, in illâ ipsâ natione prima manifestatio, ut ita ἡ δόξα, hîc sit qvod Chaldæis est שכינתא דיי, in V. T. *Dei in nube, igne:* in N. T. *Dei in carne:* ibi in templo & tabernaculo Mosaico: hic ἐν ναῷ σώματος Joh. 2. 21. qvâ de re prolixius actum comm. in Chaggæum ad c. 2. Convenit significatio τῆς δόξης egregiè: notat illa *Lucem copiosam, vel fontem qvasi lucis, vel splendorem illustrem*, planè sicut תהלה Hebræum, conf. Chbacuc. c. 3. v. 3. §. 2.

4. Talis δόξα fuit illa in V. T. Schhina vid.

Exod. 13. 21. 22. c 15 20. Num 9. 15. 16. 17. conf. Exod. 34. 35. 2. Cor. 3. 10. 11. Ita Christus & est ἀπαύγασμα τῆς δόξης Ebr. 1. 2. & uti φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, ita longè magis δόξα λαοῦ Ισραὴλ Luc. 2. 32. conf. Joh 1. 14. c. 12. 41. c. 17. 22. Act. 7. 55. Act 22. 11. Nec obstat, qvò minus per τὴν δόξαν *Messiam ipsum* superiori sensu intelligere liceat, ejusq; tum in V. T. *adumbratam*, tùm sub novo fœdere *plenissimè repræsentatam* σκιώσιν ἐν ἡμῖν.

§. 3. Excellentiam tertiam dant αἱ διαθῆκαι i.e. *pacta* seu *Testamentorum gloria*. De *tabulis pacti legalibus* ipsius Dei manu inscriptis interpretatur Beza. Nihil tamen obstat, qvominus respectus sit ad *exempla pacti* (seu διαθήκης ἀρχαίας) *juxati Dei cum Abrahamo*, qvale illud ברית בין בתרים Gen. 15. & illud ברית המילה Gen. 17 &c. Ex-

§. 4. cell. 4. ἡ νομοθεσία, qvod de משפטים seu de *Legibus judicialibus*, *forensibus* ab ipso Deo Reip. Israelis præscriptis, qvarum compendium *in Libro fœderis* Exod. 21. 22. 23. explicare licet, non excluso publico illo & solemni promulgatæ in Sinai legis actu & πρὸ φοβερῶ φαντάζομαι, uti Ep. ad Hebr. c. 12. 21. Excellentia 5. ἡ λατρεία, seu *cultus religionis* c.c.

§. 5. *sacrificialis*, ab ipso Deo præscriptus, totumq;

illud

illud Sacerdotij Levitici ministerium, *varia ordinatio sacrificiorum*, qvo sensu Syrus reddidit per משמשותא. Excellentia 6. αἱ ἐπαγγελίαι, *Promissiones Abrahamo, Isaaco, Jacobo* illustri modo totiens factæ, qvalis e. c. Gen. 12. c. 15 3 4 5. c. 22. 21. 22. c 28. 10. 11. 12. 13. qvarum promissionum potentior & principalior respectus erat ad Judæos, unde propter illas confirmandas & *ostendendam veritatem Dei* Christus factus *minister* seu διάκονος τῆς περιτομῆς c. 16 8. Excellentia 7. *Gloria Patrum* v. 5 Qvod sc. ex hâc natione & in illâ, tot insignes & sanctissimi Patriarchæ, Prophetæ, Reges, Judices, Ecclesiæ Doctores &c. extiterint, augebat sanè externam Judæorum excellentiam, & doloris Apostolici vehementiam. Excellentia 8. eaq; facilè primaria, qvod ex hâc natione sit ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, *qvod ad carnem seu humanam naturam attinet:* qvi est *super omnia Deus benedictus in secula. Amen.* Atqve ita se habet seqvela Excellentiarum. Notamus in Excellentia 8 insigne invictumq; argumentum *pro summâ divinitate Christi.* Est enim expressissima hæc positio Apostolica; *Christus, qvi est ex Patribus secundum carnem, est idem, qvi est super omnes, Deus benedictus in secula:* neqve illud saltem: sed *& naturæ humanæ veritas & unionis personalis* §. 6. §. 7. §. 8. §. 9.

*realitas*

*realitas* hoc aureolo Paulino notatur. Idem sc. ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας actu 1. est ὁ θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Titulus
§. 10. hic soli & *uni summo Deo* est proprius, ut si probatum sit, *de Christo* illum hîc ab Apostolo intelligi, hoc ipso probatum sit, *Christum esse summum & qvidem naturâ Deum.* Solet Socinianismus concedere, *CHRISTUM verum & neqvaqvam imaginarium Deum esse*, imò *CHRISTUM esse magnum Deum*. Facilè etiam concedent *Christum* suo modo *esse super omnes, esse Deum, esse benedictum in secula*, neqve enim putant exinde seqvi, *CHRISTUM esse DEUM summum, esse naturâ & essentiâ Deum:* sed ita esse *Deum propriè*, qvomodo post Christum propriè *Dij* dicuntur, in cœlis *Angeli*, in terris *Magistratus:* qvia sc. *non tantùm S. literæ: sed ipsa etiam sana ratio dictat, unum tantum supremum esse Deum, & unius numero substantiæ nonnisi unam tantùm esse posse personam*, verba sunt Völkel. l. de ver. relig. Unde ille ipse, *Christus*, inqvit, *est Deus & qvidem magnus Deus: sed nullibi ita appellatur. Idem Christus est qvidem verus Deus: hoc tamen nomen ei nusqvam in S. literis tribuitur.* Si urge-
§. 11. antur evidentes textus Tit. 2. 13. ubi objectum ἐπιφανείας ponitur ὁ μέγας θεὸς καὶ σωτὴρ Ἰησοῦς Χριστὸς vel 1. Joh. 5. 20. negant notari ibi

ibi per *magnum & verum Deum*, personam Christi: sed putant Deum Patrem intelligi: Si quæratur ratio: *Quia*, inquiunt, *additur articulus* ὁ Θεὸς. At sic principium petitur: hoc ipsum enim quæritur, *annon Christus quoque sit* ὁ Θεὸς? Præterea illæ regulæ Photinianæ *de Deo* sive *cum* sive *sine articulo, planè ex analogiâ blasphemæ religionis* sunt fabricatæ: unde liberè ab illis per exceptiones limitantur e. c. *Quoties nomen Dei subjectivè usurpatur, seu eam substantiam aut personam significat, quæ Deus sit, de solo Christi Patre intelligendum: similiter etiam cum prædicati locum obtinet, & articulum in Græco præfixum habet:* quia tamen vident obstare textum Joh. 20 28. (quem locum ipse Erasmus *invictum* & supra omnium hæreticorum cavillationes positum fatetur, ut qui *palàm probet CHRISTUM Deum*) hinc superiori regulæ addunt: *modò nihil adjiciatur, quod articuli istius vim infringat: positâ enim restrictione articulum istum non retinere vim suam: putant ergò illud μὴ* infringere summam divinitatem τὸ Θεῖον: & casum vocandi obstare argumento. Sic *eadem vox prædicati locum obtinens & articulo destituta non notat summum Deum*, vel *supremam divinitatem*, nisi ex accidenti: Sed has omnes regulas fabricavit hypothesis: *Solum Patrem esse summum naturâ* §. 12.

*naturâ Deum*: c. c. Joh. 1, 1. Θεὸς ἦν ὁ λόγος. *Verbum illud erat Deus.* Non summus, non naturâ: *qvia non additur articulus*: vel, *qvia Christus non est summus Deus.* Ex hâc enim
§. 13. hypothesi illa fluunt. Sed ad h l. Si illud *de Deo benedicto in secula*, intelligendum de Christo, omninò jam probatum: *Christum esse summum Deum & naturâ Deum*: neqve hic attendendum, an *sensu diviso*, Christus, non summus, nec naturâ, Deus, aliqvo modo dici possit esse *super omnes*, item, *esse Deus*, esse *benedictus in secula*. Textus non est *disparatus*: sed *continens*. At sic, indignus est autibus Christianorum, qvi de alio qvàm *essentiâ & naturâ Deo* explicat. Tàm autem palpabile est גושא המאמר hîc *Christum* esse, ut propter evidentiam nimiam videatur ponendum inter indemonstrabilia. Textus de *Christo* loqvitur: articulus ὁ ante Χριστὸς, ad articulum ὁ ὢν reflectitur: ὁ Χριστὸς *est ex Patribus* (τὸ κατὰ σάρκα) ὁ ὢν *qvi idem est*, *Deus super omnia* (& adeò qvoqve *super omnes*, super illos ipsos Patres) *benedictus in secula*.
§. 14. Particula τὸ idem probat qvæ vim excipiendi habet: excipit sc. *alteram naturam, secundum qvam non est ex patribus*: *sed super omnes Deus benedictus in secula.* Codices objiciuntur particulares habentes sive comma sive

solum

colon post σάρκα: Cyprianus item & Hilarius, qvi legunt, sine explicito Dei nomine: *qvi est super omnia benedictus in secula.* At nec tale *Colon* est universale: sed valdè particulare: & si tollatur nomen *Deus*, manebit tamen argumentum irrefutabile *pro summâ Christi divinitate*, in illo: ὁ ὢν ἐπὶ πάντων εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Sed qvis docuit ex corruptis Scribarum vitiis paucorum patrum codicibus, certum judicium lectionis petere, & qvidem in contradictorio ipsius textus originalis puriorum codicum? Ponatur autem tale *colon*, & detur epiphonema δοξολογικὸν. Sanè illud ad Christum s. τὸ ἐκ πατέρων τὸ κατὰ σαρκα referendum erit: & sic nihilominus manebit *Christus Deus benedictus in secula.* Neqve alius conceptus naturalis hîc fertur, qvem ut *de Christo* intelligatur illa clausula, qvam obsignat: Amen: neqve alitèr intelligit Syrus: מנהון אתחזי משיחא בבסר דאיתיהי אלהא דעל כל דלה תשבחן וברחן לעלם עלמין; clarissimè determinavit *individuum Christi*, ac si Græcè exprimeres per crebras articuli iterationes: ὁ Χριστὸς ὁς ἐστι Θεὸς ὁς ἐπὶ πάντων. ὁς ἐστιν ὁ εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας.

§.15.

§.16.

4. Post

§. 1. 4. Post Exordium παρηγυρικώτερον, sequitur Tractatio plena rotundæ majestatis. De *Judæorum ab Ecclesiæ gloria rejectione* agit à v. 6. ad 23. De *Gentium vocatione* & Electione à v 23. ad v. 30. *De utriusque tùm Judæorum rejectionis, tùm Gentium vocationis causis* à v 30. ad f. cap. Erravit Beza, quando ad v. 6. hæc reliquit: *Est in his verbis generalis propositio totius istius, de æternâ prædestinatione tractationis quæ tertia pars est hujus Epistolæ usque ad 11. cap. finem: nempè, aliquam esse particularem Dei electionem, quæ sit primaria nostræ fidei & salutis causa.* Tractatio autem hæc perpetuis *occupationibus* ferè continetur. Ab occupatione illam statim orditur. Objectionem Judæi alicujus talem sibi diluendam sumsit Apostolus v. 6. *Si Judæi, quorum octo illa tàm insignia celebrantur privilegia, rejiciuntur,* & fiunt *anathema à Iesu Christo, Gentes autem vocantur* & eliguntur ad gratiam Ecclesiæ. E. *exciderit verbum promissionis, totumq; factum fuerit irritum.*

§. 2. At absurdum posterius E. Negat Apostolus illationem majoris, simplici hâc oppositione: οὐχ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ. Sensus est planus: *Ab illo anathemate consanguineorum Iudæorum, ad excidentem sermonem Domini non V. C.* Probat illud tali Prosyllogismo: *Illi, quibus factæ sunt promissiones,*

*ones, sunt verè & ὄντως Ισραήλ. Qvidam qvi sunt ex Israele, non sunt verè & ὄντως Israel.* E. & adeò integritas fœderalis, & rejectio Judæorum pluralis sunt consistibilia. Minorem probat Apostolus v. 7. & 8. propositâ §. 3.
sibi iterum ἐνστάσει Judæorum: *Semen Abrahami sunt verè & ὄντως Israelis filij. Iudæi sunt semen Abrahami.* E. Resp. Apostolus: à ratione seminali ad filiationem s. τὴν ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι non V. C. *Propterea, qvia sunt semen Abrahami, non statim sunt Filij Dei, filij promissionis, & ὄντως Ισραήλ: qvi soli apud Deum reputantur in semine* v. 7. Probat id Apostolus typo duplici, uno *Isaaci & Ismaelis*, utriusqve ex Abrahamo carnalitèr nati: §. 4.
cum tamen *in solo Isaaco vocandum fuerit semen Abrahamo* v. 7. ut *promissionis filio* v. 8. 9. ubi cum natalium diversitatem respectu *maternæ conditionis* excipi à Judæis posse, præviderit Apostolus, *typum planè parallelum* subjungit *Iacobi & Esavi* fratrum uno patre paritèr & matre pronatorum, ex qvibus tamen *solus Iacobus* fuerit *filius promissionis* v. 10. 11. Ut ita maneat conclusio Apostolica: *Non omnes ex Israele carnalitèr natos esse veros Israelitas, verum semen Abrahami, & filios:* nec adeò *apud Deum tales censeri ex prærogativâ carnalis generationis, nec externæ operationis:* qvia *nondum natis pu-*

*eris, cum nihil fuissent boni vel mali, ut propositum illud Dei quod est circa electionem maneret, sc. non ex operibus: sed ex vocante, dictum est Rebeccæ: Major serviet minori, sicut scriptum est: Iacobum dilexi: Esavum autem odio habui* v. 11. 12. 13.

§. 1. 5. Thema hactenus fuit: *ex solâ promissionis gratiâ æstimari semen Abrahami, quod exemplo* ostendit *Esavi & Iacobi ex unâ Rebeccâ*, eaq; habente κρίτιν ἐξ ἑνὸς natorum, &, cum nondum essent nati, jam à Deo nationaliter discretorum, ita ut *major serviret minori*, cujus discretionis prærogativæ ratio exprimitur à sanctissimo Spiritu 1. per remotionem *omnis carnalis privilegij & operum meriti.* 2. Per positionem *gratiæ vocantis, ut propositum quod est circa electionem stabile maneret.* Ipsa autem prærogativa gemino Scripturarum testimonio firmatur, uno ex Gen. 25. 22. *Major* (sc. natio Esavi) *serviet minori* (nationi Jacobi) altero ex Malach. c. 1. 2. *Iacobum dilexi, Esavum*

§. 2. *posthabui.* Summa locorum est: *Prælatum nationalem Iacobi præ Esavi natione reprobatâ esse ex merâ & indebitâ misericordiâ.* Prælatura autem illa est tùm *Ecclesiastica* qvod nationem Jacobi in V. T. Deus elegerit ad Ecclesiam; non item Esavi: tùm *terrestris* qvod in distributione terrarum, nationi Jacobi terram excellentissimam, & lacte ac melle fluentem:

nationi

nationi autem Jacobi terram horridam, sterilem & maledictam dederit: tùm *politica*, qvod tronus Davidis, qvem collapsum restituere Messias ex pacto debebat, in natione Jacobi, non Esavi esse debuerit. Ita Deus *Iacobi posteros dilexit: Esavi posteritatem, unà cum capite, odit* i. e. longè Jacobi posteris postposuit. Notetur circa h. t. 1. qva voces v. 11. ἡ κατ' ἐκλογὴν τοῦ θεοῦ πρόθεσις illud κατ' ἐκλογὴν non habere se per modum vel *causæ* vel *regulæ* (ac si ἡ ἐκλογὴ regula esset προθέσεως, qvâ ratione potius ἡ ἐκλογὴ passim facta dicitur κατ' πρόθεσιν, item κατ' τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος vid. Ephes 1. v. 5. & 11.) sed per modum *Objecti vel materiæ circa qvam*, ut dicatur: *Propositum Dei, qvod est circa Electionem, vel illud propositum, qva Electionem, stabile manere:* §. 3.

*Propositum* autem illud *Dei* non est absolutum: sed hypotheticum sc. *de solis filiis promissionis* seu *credentibus salvandis:* §. 4.

Licet ergò in respectu ad Electionem, ejusq; principium, qvod est *indebita Dei misericordia* (de qva Apostolum agere adusqve v. 30. uti de *fide* eiq; opposita *incredulitate*, velut conditione objecti, inde ad f. cap. jam supra dictum) explicitè hîc non exprimatur, hoc ipso tamen qvod *gratia vocantis*, qvod *propositum* (de solis sc. filiis promissionis sal-

vandis) idemq; *circa electionem* memoratur *fides in Christum propitiatorem*, qvippe qvæ non *oppositum*: sed *donum & effectus est gratiæ*, neqvaqvam in applicatione *excluditur*: neqve
§.5. adeò V. C. *Deus in electione nationali Iacobi præ Esavo, nec carnalem generationem, nec opem respexit.* E. *in ἐκλογῇ ad vitam æternam*, ubi est ἡ πίστις θεῦ, *nullum fidei in Mediatorem respectum habuit*: sed absolutè, *sine Christi, fidei, & incredulitatis respectu qvosdam elegit, qvosdam autem, eandemq; multò maxumam generis humani partem, qvia ita libuit, absolutè reprobavit.* Omninò dum hîc ἡ πίστις κατ' ἐκλογὴν memoratur, *fides* includitur. No-
§.6. tetur 2. illud: ὁ μείζων s. uti est in fontibus רב, reflectitur ad גוי seu לאם, & adeò subjectum propositionis, & objectum illius s. *Major & minor*, dicunt nationaliter *populum* seu *gentem majoris* (Esavi sc.) & *populum* seu *nationem minoris* (Jacobi sc.) Ita intelligendum illud responsum *prægnanti Rebeccæ* datum, & vaticinium docet, & complementum. In
§.7. *vaticinio* comparantur duo גוים & לאמים & apertè dicitur לאם מלאם יאמץ, atqve adeò & רב & צעיר reflectuntur ad *nationem*, ita tamen ut denominatio *Majoris & minoris* non sit *nationum comparatarum inter sese*: sed in relatione *ad caput nationale*, cujus resp.

*Populus*

*Populus Esavi fuit* רב : *populus Iacobi* צעיר, cum aliàs hic fuerit *major* : ille *minor numero*. conf. *Benedictio Esavi* Gen. 27. 40. qvæ etsi in formâ *Esavum* : reipsâ tamen non nisi nationem Esavi respicit. De facto ipso si qværatur, *nunqvam persona Esavi serviviſſe personæ Iacobi* in Scripturis reperitur: sed contrarium potius invenitur. Eadem ratio nominis JACOBI & ESAVI in textu Malachiæ: prærogativa sc. inculcatur non *personæ*: sed *nationis totius*, idq; eo modo, qvi statim à Prophetâ subjungitur. §. 8.

Notamus 3. *electionem nationis Iacobi* hic nullam memorari *ad vitam æternam*: sed ad *Ecclesiasticam & terrestrem illam prælaturam*: nec adeò contra memorari hîc *reprobationem à vitâ æternâ*; sed saltem *ab Ecclesiâ*, per qvam non omnes & singuli in *natione reprobatâ* statim ad gehennam ablegantur, planè sicut nec omnes *ex posteritate Iacobi ad vitam æternam electi* esse dici possunt. §. 9.

Ex Idumæis innumerabilem turbam ad regnum Christi vocatam, salvatosq; plurimos, utriusqve & V. & N. T. Scriptura clamat. §. 10.

Notamus 4. *Dilectio & odium* non sumuntur *oppositè*, *absolutè*: sed *relativè*, resp. *graduum & effectuum amoris comparatorum*, qvo resp. Esavus qs. Exosus: Jacobus autem (ejusq; natio) insigniter *dilectus D.o* significabatur. §. 11.

Licet autem *Esavum* tàm certò pro *reprobato*

& *damnato*, qvàm Jacobum pro prædestinato & salvato habeant Calviniani, ut grande illis παράδοξον sit, *Esavum in Electorum numero ponere:* ex hoc tamen textu (& non facilè aliunde) neqvaqvam *reprobatus & damnatus* Esavus probatur: qvin poterat in לְאֹם *dilecto* aliqvis damnari, e. c. *Saul dilectus*, & in לְאֹם seu *natione odio habitâ* aliqvis salvari. Si qværatur, qvænam sit ratio discretionis *prælaturæ*
§. 12. *fratris unius præ altero*, seu *Iacobi præ Esavo*, fatemur hîc nullam aliam poni, qvàm Dei εὐδοκίαν, qvia Deus ita voluit, ut adeò *omnis idoneitatis, nativitatis, conditionis ex condigno vel ex æstimio*, omnis item *actionis prævisio* planè hîc negetur, & illa *ad Ecclesiam electio nationalis* Jacobi absoluta statuatur. *Prævisio mali* est qvidem causa, cur utrumqve Deus potuerit negligere: sed non est causa discretionis istius, qvod electo Jacobo, reprobetur Esavus: Deo ignotum non fuit, qvid boni vel mali, sive duo illa nationum capita, sive ipsæ nationes essent facturæ: at id Deum ad eligendum & reprobandum commovisse hîc negatur. Id hîc Apostolus removet, qvod ut
§. 13. *inductivum electionis Iacobææ nationis* alicui verisimile videri poterat: at nemini in mentem venire poterat, Deum *ab actionibus actu existentibus* inductum, ut præferet fratrem fratri,

fratri, *antequam nascerentur*. Non ergò saltem *actiones in actu*: sed & *præviso illarum actionum* removetur, & *absoluta* hoc sensu *electio* statuitur, licet non respectu *absoluti*: sed *indebiti & misericordiæ principij* hîc fiat applicatio. De causâ enim efficiente principali seu Gratiâ hîc unicè agit, à qvâ etsi in applicatione fides, ut conditio subordinata non excluditur, hîc tamen illa ipsa non exprimitur: qvia de illâ non hîc: sed infra agere instituit Apostolus.

6. Illi ipsi *causæ supremæ* pertinaciter insistit Apostolus, uti *ex Objectione* apparet, qvæ est v. 14. sc. *Si Deus sine ullo operum sive bonorum, sive malorum respectu, Iacobi nationem eligit, Esavum rejicit. E. Deus est injustus.* Respondet Apostolus, *Consequentiam negando* per illud ΜΗ seu μὴ γένοιτο v. 14. Summa responsionis est: *Deus non est injustus, & nemini facit injuriam, sive peccatorem ex misericordiâ salvet, sive negligat & reprobet.* Ratio ex responso divino apud Mosen Exod. 33. 19. Cujus summa est: *Deus nemini debet misericordiam! non qvia debet: sed qvia vult & miseretur: non ex debito: sed ex misericordiâ.* In illo ipso sanctissimo responso qvod Apostolus expressit: ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω v. 15. planè sicut in fontibus Mosis est: §. 1. §. 2.

1. וחנותי את אשר אחן, 2. ורחמתי את אשר ארחם. Notetur, qvod ad tractationem Apostolicam insignitèr facit, Apostolum *à gratiâ* seu *misericordiâ in effectu & apotelesmate*, qvalis hîc notatur per radicem חנן adscendere ad *misericordiam* in ipso *principio seu fonte*, ad ipsa σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν, qvæ notantur per radicem רחם, ut sc. ratio accuratè cum thesi Apostolicâ conveniat, qvæ hîc non tàm *de Objecto*, qvàm *causâ primâ electionis* agit, sc. de *misericordiâ Dei indebitâ*, ejusdemq; non aliâ causâ primâ, qvàm *gratuitâ Dei voluntate*, ut ita & hîc *vindicatâ* à calumniis Judæorum *Dei justitiâ*, *obturetur os omne*, *& mundus omnis Deo obnoxius*
§. 3. *reddatur.* Atqve ita patet hujus occupationis Conclusio, qvæ unicè respicit ad primam illam seu *supremam electionis causam*, vel principium, uti patet ex ἄρα ἂν v. 16 illo, qvem supra expressimus, modo: *Non est volentis* (Beza: Electio non est ejus, qvi velit) *nec currentis: sed Dei miserentis:* vel, uti pulchrè vim latentem Syrus expressit: לא בידי רצבא ולא בידי דרחש אלא בידי אלהא דרחמנא i. e. *Non est in manibus seu potestate ejus qvi velit, nec in manibus ejus, qvi currit: sed in manibus Dei miserentis:* i. e. *Ex solâ Dei misericordiâ*

*ricordia & promissione gratuita est, qvod unam* §. 4.
*nationem præ alia eligat, imò qvod hunc vel illum eligit ad vitam æternam, non verò ex ullo operum præviſorum merito.* Concluſio hæc Apoſtoli generalis eſt, & tàm ad *Electionem illam*, qvam *ad gratiam* vocamus, qvàm *ad prædeſtinationem gloriæ* applicabilis. Proſternitur *omne electorum & prædeſtinatorum meritum*, ſive ut ſuppoſitum ſive ut producendum, ſive ex viribus naturæ, ſive ex viribus gratiæ: excluditur *omnis actio hominis, omne hominis liberum arbitrium*, ipſa etiam *fides*, qvatenus ſpectatur tanqvam conditio magis vel minùs digna, ſive perſe, ſive ex æſtimio per voluntatem Dei fidei ſuperaddito: neqve enim in ipsâ prædeſtinatione fides includitur, ut conditio inducens ad prædeſtinandum: ſed tanqvam donum dandum prædeſtinatis, ut haberent inſtrumentum, qvo beneficia ex prædeſtinatione promanantia poſſint applicare.

Notamus hîc Græcos hodiernos planè aliter §. 5.
hunc textum Apoſtolicum ordinare, ita ſc. ut v. 16. 17. 18 19. ſint continens interrogatio *objicientis*, non *concluſiva enunciatio Pauli ſententiam dicentis*: putant ſc. illud ἄρα ἐν in v 16. & 18 correſpondere, ita ut v. 17. ſit qvaſi *parentheticus*, hoc ſenſu. *Qvod ſi igitur nec eſt volentis, nec currentis: ſed tantùm Dei miſerentis* v. 16. (additur exemplum Pharaonis

v. 17.) *& adeò Deus liberè, cujus vult, miseretur, quem vult indurat* v. 18. *Voluntati autem* Dei *nemo resistere potest. Ergò sine causa* Deus *succen-*

§. 6. *set, & indignatur* v. 19. Analysis illa compendium foret liberandi hunc textum à ἐρεθλότητι Calvinianorum, nisi Græci ipsi hic *Pelagianismum*, apertè proderent: Dei sc. *misericordis non esse nisi perficere: nostrum autem seu liberi arbitrij esse bonum spirituale eligere & velle.* vid. Act. Wirt. cum Patriarch. Constant. p. 114. Hanc damnabilem hæresin refutat Apostolus toto hoc contextu v. 11. & 12. cui adeò opponitur hæc conclusio: *Non est volentis, non currentis: sed* Dei *miserentis* (Deus sc. est ὁ ἐνεργῶν *in nobis & velle & perficere*, ὑπὲρ τῆς

§. 7. εὐδοκίας Phil. 2. 12.) Si autem qværatur qvorum Deus misereatur, respondet qvidem Apostolus Rom. 11. 32. ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ: Cæterum hîc non de Objecto formali: sed de causâ prima ägitur. Intensiorem præterea gradum imò *supremum illum gradum*, qvem *perseverantem* dicimus, Deum *voluntate consequente* solis prædestinatis dare destinasse, dubio caret: Destinavit qvidem illum præscitis gratiam primam non excussuris: at cum illa non excussio, nec sit naturalis privatio: nec positivum applicans, vel ad applicationem oblatæ gratiæ ullo modo positivè con-

currens,

currens, nihilominus in solidum omnia magna, parva, maxima sunt τῆς ἐλεήσεως θεοῦ.

7. Allegatur *tremendum Pharaonis exemplum* v. 17. idq; ut *causa conclusionis præcedentis* v. 16. uti constat ex particulâ כִּי. *Deus dicitur excitavisse Pharaonem ad hoc ipsum ut ostenderet in illo potentiam suam, & ut nomen divinum annuntiaretur in tota terra.* De voce §. 1. ἐξήγειρά σε qvæstio est. Fons, qvem allegat Apostolus, est Exod. 9. 16. ibidemq; est vox הֶעֱמַדְתִּיךָ cujus emphasis vulgò urgetur, & exinde Apostolus mitigatur, ut sit ἐξήγειρα idem qvod: *Stare te feci, te toleravi,* & sensus *permissivus, sustentati & tolerati hactenus in vita,* §. 2. à Dei μακροθυμίᾳ, *Pharaonis.* Sed vereor ut subsistet emphasis illa. Ubi enim illa in usu Hebræorum? cui certè magis convenit vox & nexus Apostoli: *excitavi, constitui te,* vel *judicialiter & pœnaliter induravi te,* conf. v. 18. ubi certe ex hoc Pharaonis exemplo pobat Apostolus illud: Deus ὃν θέλει, σκληρύνει i. e. *qvem vult indurat:* uti ex superioribus v. 13. 15. illud: ὃν θέλει ἐλεεῖ. *Excitare* ergò illud est *indurare.* At *indurat* etiam *Deus,* dum *facit* §. 3. *stare,* ut jam τῇ σκληροκαρδίᾳ καὶ ἀμετανοήτῳ καρδίᾳ *relictus, & Diabolo traditus,* qvò magis & gravius delinqvit, eò gravius puniatur.

Causa

Causa illius excitationis, *ut* sc. *in Pharaone ostenderetur potentia* Dei, *& ut annuntiaretur nomen* Dei *in tota terra*, non est qvod peccata Pharaonis excesserint Dei misericordiam s. τὸ ὑπερπλεονασμὸν τῆς χάριτος: nec, qvod Deus non potuerit invenire alium æqve malum: sed qvod DEUS ita voluerit, ut sc. *in Pharaone agnoscat orbis tremendum*, severum,
§. 4. liberumq; *Dei judicium*. Neqve ergò de intentione divinâ dirigendæ pertinaciæ Pharaonis *in usum Tyranno salutarem*, hîc loqvitur Apostolus: sed de *causa obdurati contumacis Tyranni*, modo pœnali. Neqve tamen dicitur Deus Pharaonem feriantem, & qvasi dormientem è somno excitasse ad rebellandum, ad peccandum, ad resistendum: Sed jam sponte ruentem, & resistentem, excœcasse, indurasse, & ex tanto peccantium numero ad Exemplum judicii divini selegisse, vel *ad ostensionem potentiæ suæ* deputasse: neqve adeò aliud hinc seqvitur, qvàm Deum *antecedenter peccatores impœnitentes* induratione justè punire.
§. 5. Pharaonem *esse excitatum, esse induratum à Deo*, & nos cum Scripturâ dicimus: at nos illam excitationem & indurationem pœnalem, non criminalem: voluntatis *consequentis*, non *antecedentis* esse statuimus: adeoq; jam supponimus ante hanc excitationem *à parte Pharaonis* vincibilẽ & durabilem resistentiam, ac superbis-

superbissimam repugnantiam: *à parte Dei*, longanimem tolerantiam, qvam ordo miraculorum & legationum Mosis in Exodo adusqve c. 14. clarè exprimit: neqve enim qvi omnium miseretur, absolutè salutis media Pharaoni denegavit: sed post superbissimam repugnantiam & multam tolerantiam, auferendo omnem resipiscentiæ gratiam Pharaonem jam durissimum, induravit, dum tale justitiæ & potentiæ suæ spectaculum illum esse voluit. Concludit E. Apostolus v. 18. *Non esse injustitiam apud Deum, licet, qvos velit, misereatur, & eligat: qvos velit, induret.* §. 6. Qvinam autem illi sint, *qvos Deus velit indurare*, & cujus vel *qvorum velit misereri*, non hîc, sed infrà dicitur. Illustratur etiam gratia Dei ex *duobus Pharaonibus* æqvè refractariis: *Si Deus ex illis unum per extraordinarium & irresistibilem gratiæ gradum convertat*: alterum *ordinariè summa gratia adfectum*, ut justus Judex *induret*, & ad id constituat, ut *ostendatur in illo potentia divina, & nomen Dei annuntietur in tota terra*, sanè cum in utroqve fuerit fundamentum reprobationis, discretio illa unicè est *à misericordia resp. unius electi: à voluntate vindicatrice resp. alterius indurati.* Reprobatio qvatenus est actus divini judicii, tam est ex- §. 7. tra summum Deum incommunicabilis, qvàm actus judicandi vivos & mortuos: & hoc respectu finis abstracti, solam Dei volun-

tatem, eamq; liberam esse causam reprobationis, non negamus.

8. Objectio non Pauli occupantis: sed
§. 1. Disputatoris Judæi repræsentati ut opponentis est v. 19. *Si Deus pro voluntate eaq; irresistibili quorundam miseretur, quosdam autem indurat. E. Deus iniquè agit, & iniquè queritur de hominum impœnitentia.* Respondet Apostolus I. indirectè: *Nulli creaturæ, nedum peccatrici convenit, litigare cum Deo Creatore* v. 20. idq; illustratur exemplo vel simili *Figuli* v. 21. quo ostenditur *jus Dei:* Si sc. quosdam ex peccaminosâ massâ ad ignominiam destinasset. Unde non sequitur. E. destinavit, vel: ad *ignominiam creavit:* vel. *E. potestatem habuit faciendi hominem vas ad dedecus & iram simpliciter.* A responsione de *Iure* Dei *in massam cor-*
§. 2. *ruptam*, transit ad responsionem *de Facto* Dei v. 22. idq; I. resp. reproborum seu *vasorum iræ*, ubi notetur applicatio: Vas á figulo fa-
§. 3. ctum, ad dedecoris usus, non potest expostulare cum figulo. At Deus vasa iræ non fecit ad dedecus: sed jam καταρτισμένα ad dedecus s. æternum exitium *in multa longanimitate toleravit:* multò ergò minus expostulandi cum Deo causam habet creatura, qvàm *Vas cum figulo.* Patet ergò, in qvo ponatur for-
§. 4. malis actus Dei in Vas iræ. Illi sanè contradictorius est actus Dei ut figuli Calvinianus, juxta qvem Deus ex massâ rudi qvosdam ho-

mines ad vitæ æternæ gloriam, qvosdam ad æternos cruciatus inferni condit, & adeò *facit vasa iræ*, idq; ὥσπερ ἡ εὐδοκίας. Sanè qvæ *in multa longanimitate toleramus*, ea non ipsi facimus: sed jam facta saltem perferimus, ut qvæ, qva talia, nunqvam facta vellemus, & qvæ illo nomine extremè displicent. §. 5.

Neqve ergò vasa iræ hîc dicuntur fieri: sed *jam facta, à patiente Deo tolerari*, ferri: neqve qvando dicitur ex massâ corruptâ fieri *Vas iræ*, dicitur *Vas iræ*, fieri *ex vase iræ*, ut sit βατταλογία: qvia *Vas iræ* non dicitur resp. communis lapsus & miseriæ: sed finalis impœnitentiæ. Expositio sanè illa Bezæ in h. l. & blasphema est, & textui, & toti doctrinæ Evangelicæ contraria, uti alibi probavimus. §. 6.

Finem tolerantiæ *vasorum iræ* ponit 1. *demonstrationem iræ*. 2. *Ostensionem potentiæ* v. 22. qvo modo & in viâ tolerantiæ Pharaonis, per tot prodigia & signa, & in termino, per tremenda supplicia iram patienter & potentiam demonstravit in Tyranno *iræ vase* Deus. §. 7.

II. Resp. *de Facto*, resp. *Vasorum misericordiæ*, v. 23. circa qvæ actum Dei ponit, προητοίμασεν εἰς δόξαν seu *præparationem ad gloriam* (cum non de *Vasis iræ* dixerit: DEUS *præparavit* vel κατήρτισεν εἰς ἀπώλειαν: sed *tulit, in patientia toleravit*) atqve uti in actu circa *vasa iræ* finem à parte Dei posuit γνωρισμὸν τ ὀργῆς §. 8.

καὶ τοῦ δυνατοῦ: ita hîc γνωρισμὸν τοῦ πλούτου τῆς δόξης αὐτοῦ. Ne verò *vasa misericor-*
§.9. *diæ*, qvis putaret solos esse *Iudæos* ex Israele carnalitèr natos, ad *Vocationem Gentium* transit, & à v. 24. adusqve v. 30. ex conjunctis *Hoseæ & Esaiæ* testimoniis probat hoc thema: *Vasa misericordiæ sunt electi ex Iudæis, & maxumè ex Gentibus.* Atq; inde à v. 30. ad finem usq;
§.10. cap. agit de *electionis & rejectionis causis proximis*, tùm resp. *Iudæorum*, tùm *gentium*, Studiis & eventu discretarum. Causam *rejectionis* ponit *incredulitatem*: hujus, *offendiculum in Christum* בנת יקרת מוסר מוסר de qvo ex Esaiâ c. 28. 16. Apostolus in hujus capitis clausulâ allegat illud aureolum Evangelicum: המאמין לא יחיש. Notetur hîc 1. *elegans antithesis*, in summariâ hàc *totius disputationis* sententiâ: *Justitiam Gentes non qvæsiverunt, & invenerunt: Judæi qvæsiverunt, & non invenerunt:* id est qvod supra dixerat: *Non est volentis &c.* 2. Summarium hoc non tantùm est Consectarium propheticum resp. *executionis*: sed etiam *propositi.* 3. *Sectari legem justitiæ* est *sectari justitiam valentem coram Deo*, aliàs enim Tavtologia esset, sc. *Israel non est assecutus justitiam legalem, qværendo justitiam legalem, qvia qvæsivit justitiam legalem.* Qværere *justitiam ex operibus legis, & qværere justitiam Legis*, est unum & idem. Manet adeò: *Qvisqvis extra Christũ crucifixũ justitiam qværit, in Christum impingit, & qvod qværit, non invenit.*

## Thesis I.

NExus capitis 10. cum præcedenti 9. evi- §. 1.
dens est ex collatione textuum. Av.
30 ad f. usqve c. 9. proximam & genui-
nam totius superioris Disputationis causam,
& summariam sententiam eleganti antithesi
expresserat Apostolus: *Justitiam Gentes non*
*quæsiverunt, & invenerunt: Judæi quæsiverunt,*
*& non invenerunt* v. 30. & 31. Causam *non inven-*
*tæ justitiæ* Apostolus ponit *incredulitatem, &*
*offendiculum*, seu qvia προσέκοψαν τῷ λίθῳ τοῦ
προσκόμματος v. 32 & claudit his aphoris-
mis Theologicis: *Qvi suam justitiam qvæ-* §. 2.
*rit, Christi negligit, in Christum impingit:* Item:
*Qvisqvis justitiam qværit extra Crucifixum, sa-*
*lutem extra Jesum, qvod qværit, non invenit: &*
*talis in lapidem Christum offendit, & pudefit* v. 33.
qvod omne in Judæorum exemplo probave-
rat ex Esa. 28. 16. Uti ergò in ipso cap. 9. ex-
ordio, *toto* admirabilis *anathematis:* ita hîc
insigni humanitatis & *charitatis temperamento*
occupat Apostolus, præmittendo *affectus Apo-*
*stolici erga Judæos consanguineos contestationem,*
idq; tùm *Fratrum* appellatione, tùm εὐδο-
κίας & δεήσεως τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ τοῦ
Ἰσραὴλ expressione, cujus utriusqve finis,

§. 3. *salus Judæorum* v. 1. Ratio illius voti ponitur ζῆλον θεοῦ, qvem uno versu & Apostolus *concedit & corrigit.* Habent qvidem *Zelum Dei:* sed οὐ κατ' ἐπίγνωσιν v. 2. qvalis sc. Zelota sine ἐπιγνώσεως fuerat Saulus Pharisæus, conf.

§. 4. Act. 9. 1. 2. Philip. 3. 6. *Bonitas Zeli* dependet ab ἐπιγνώσεως: unde qvamdiu erronea est ἐπίγνωσις, tamdiu erroneus est & *non bonus Zelus*, sive agatur juxta erroneam ἐπίγνωσιν, sive contra. Excutiendus hîc esset *Zelus bonus* Bellarmini: *sed non secundum scientiam;* Cœterum id alibi abundè factum. Objectum illius ἐπιγνώσεως, qvæ negata facit *Zelum erroneum*, est CHRISTUS *finis Legis & justitia Christi per fidem imputata* valens coram tribunali Dei, v. 3. ubi probat defectum ἐπιγνώσεως esse in Zelo Judæorum, qvia sc. *justitiam Dei* (eam qvæ coram Deo valet, & ab eo acceptatur, perfectissimam sc. Christi obedientiam, qvam Legi divinæ præstitit, & qvæ in Evangelio oblata verâ in Christum fide apprehenditur) *ignorantes, & propriam justitiam* (externam illam disciplinam, & erga legem obedientiam e.c. in opere sive sacrificiali, sive circumcisionis Sacramentali, qvo justificari se posse coram Deo putarunt) *constituere studentes, justitiæ Dei non fuerunt subjecti*, seu *noluerunt sese submittere*: qvod fuerint

ἀγνοοῦντες

ἀγνοῦντες τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην probat ex *ignoratione Christi*, qvia sc. *ignoravunt CHRISTUM finem legis, ad justitiam cuivis credenti ignoravunt qvoqve justitiam Dei* v. 4. Est autem CHRISTUS τέλος νόμου s. Finis Legis, 1. resp. *Scopi*, qvia CHRISTUS ut Autor Salutis, & Mediator, ac causa meritoria justificationis credentium, est μαρτυρούμενος τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν conf. Symphonia Prophetarum Actor. c. 10. 43. c. 13. 38. c. 4. 12. Luc. 24. 27. 44. 45. 2. Specialiter, Lex moralis & ceremon. resp. *Pædagogi* Gal. 3. 24. 3. resp. perfectionis & *complementi*, qvia sc. solus Christus perfectè implevit legem Rom. 8. 2. 3. §. 6.

2. Hâc occasione, nexu continente & evidente agit Apostolus de *justitiâ Legali & Evangelicâ* v. 5. 6. 7. 8. 9. 10. *Differentia* ponitur objectiva, qvia sc. *justitia Legalis* respicit *agentes*: Evangelica *credentes*, qvod breviarium est sex illorum versuum. Justitia Legalis describitur verbis Mosis ex Levit. 18. 5. &c. desumtis: ὁ ποιήσας (ἄνθρωπος) ζήσεται ἐν αὐτοῖς, v. 5. Justitia autem fidei aliter loqvitur, sc. *Si professus fueris ore tuo Dominum JESUM, & credideris in corde tuo, qvod Deus eum suscitaverit ex mortuis, salvus eris.* v. 6. 7. 8. 9. Non caret autem hæc comparatio, & particula ea- §. 1. §. 2.

pitis suis qvibusdam difficultatibus. Illud
§. 3. summarium justitiæ Legalis Mosaicum v. 5.
de justitiâ legali externâ operum, & promissi-
one vitæ temporalis explicat gloss. marg.
Luth. in Bibl. Germanicis, ut ita nihil aliud
dicatur, qvàm transgressorem Legis Mosaicæ
e. c. illius de gradibus consangvineitatis seu
de שאר בשר morte temporali puniri, & è
Rep. Israelis exscindi. Observatorem au-
tem Legis, per externa opera illa in Rep. tole-
rari, non morte temporali puniri. Esset hàc
§. 4. ratione vis oppositionis non tàm in verbo *fa-
ciendi*, qvàm *vivendi*, hoc sensu: *Justitiam illam
qvæ est ex Lege, tantùm temporalem vitam, & im-
munitatem à pœnâ conciliare: at vitam, qvæ est
ex justitiâ fidei, sublimiorem esse, nec illam: sed
hanc, coram Deo valere.* Rectius videtur judi-
cium Philippi in h. l. *Mihi*, inqvit, *hæc videtur
sententia: qvandoqvidem proposuit Christum
esse impletionem legis ad justificationem omni cre-
denti, adeoq; qvoniam Apostoli intentio est docere,
qvod legis impletio sit, non qvidem facere: sed
credere, seqvitur, qvod qvoniam justitia Legis est
facere: illa non sit impletio Legis, seu non justifi-
cet.* Ut ita non tàm in verbo *vivendi*, qvàm
*faciendi* hîc sit summa argumenti. Conf. Ga-
§. 5. lat. 3. 9. 10. 11. Omninò nec illud ποιεῖν *acti-
one Legali saltem externâ:* nec illud ζήσεται
v. 5. so-

v. 5. solâ *vitâ temporali* morti in foro Israelis inflictæ oppositâ absolvitur: sed uti illud *obedientiam, subjectivè, objectivè, extensivè, intensivè perfectam in rigore Legali* reqvirit: ita illud ζήσεται, *vitam æternam eandemq; beatam* dicit: neqve tamen exinde *duplex modus justificandi & vivendi coram Deo*, supposità lapsus prævisione, seqvitur: aliud enim est: *Moses describit justitiam qvæ est ex Lege, dicens: Qvi præstiterit ea* (statuta & præcepta Legalia, in gradu rigoroso Legali) *vivet per illa:* aliud: Moses describit, homines peccatores, perfecte Legem Dei observare, & per illam observationem coram Deo vivere, & ita ex Lege justificari coram Deo posse. Fit saltus à formali abstracto hypothetico, ad materiale concretum absolutum: à Lege resp. *essentiæ*, ad resp. *existentiæ*. Posterius falsum: nullibi talem justificationem vel *Moses* describit, vel *Apostolus* ex Mose deducit: sed potius tales justificandos Legales *maledictos ex Lege* ostendit Gal. 3. 10. 11. 12. Neqve vel *Moses*, vel *Apostolus* ita enuntiat illam *justitiæ Legalis propositionem hypotheticam:* Qvi observat Legem, vivificabitur per illam: non dicit: ζωοποιήσει ἐν αὐτοῖς: sed ζήσεται ἐν αὐτοῖς. Supponitur sc. in subjecto tali qvod est ὁ πιστεύων, jam *in statu justitiæ positus*, e. c. *homo in originali*

§. 6.

§. 7.

§. 8.

*originali justitiâ conditus :* talis ποιήσας *justus, vivit ex Lege :* at neç ullum unqvam in peccatis mortuum *Lex vivificavit,* nec Deus, ut peccatores vivificaret, Legem dedit, nec, ut ex Lege ulli justificarentur, & ut in hâc vitâ, perfecta Legalitèr esset, Evangelicè justificatorum renovatio, ordinavit, atqve ita actu ipso post Lapsum nulla est peccatorum ex Lege justitia, uti magnâ vi probat Apostolus Gal. 3. 10. 11. 12. 16. 17. 21. 22. cujus hæc est hypothesis:

§. 9. *Nec data est Lex* πρὸς τὸ ζωοποιῆσαι: *nec adeò ex Lege justitia coram Deo :* imò denegat Legi omnem δύναμιν ζωοποιήσεως, eandemq; *ad manifestandum peccata :* non ad *vivificandum*

§. 10. *peccatorem* datam dicit v. 22. Aliud ergò est: *Moses, post lapsum, describit justitiam, qvæ est ex Lege :* aliud: *Moses describit, qvæ sit post lapsum justitia ex Lege, homini peccatori possibilis.* Illud, non hoc dicitur: qvin hoc est expressè ἀντιφατικὸν ἐν προσκειμένῳ. Si enim est homo peccator. E. non potest esse justus ex Le-

§. 11. ge : & contra. Sic, dictum τῆς ἐκ πίστεως δικαιοσύνης in v. 6. ut oppositum exprimitur illi dicto Mosis Legali v. 5. ut sit oppositio: Μωσῆς οὕτω γράφει v. 5. & ἡ δὲ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη οὕτω λέγει. v. 6. neqve tamen facilè apparet, qvà ratione dictum justitiæ Evangelicæ tùm negatum v. 6. 7. tùm affirma-

affirmatum v. 8. opponatur dicto Mosis Legali v. 5. maxumè si illud dictum prius ex Mose Deut 30. 14. allegatum (de *propinquitate verbi in ore & corde*, & adeò de *non vel in cœlum ascendendo, vel in abyssum descendendo*) *de facilitate cognoscendi*: non *observandi* accipiatur; cum non satis congruè *facilitas cognoscendi* opponatur difficultati vel *impossibilitati Legem observandi*. §. 12.

3. Facile est illud ex argumentationis Apostolicæ nexu expedire. *Pro* thesi particulari: *Judæorum Zelum habere defectum* ἐπιγνώσεως ita argumentatur Apostolus: *Quicunque ex ignorantiâ justitiæ Dei, & studio constituendæ propriæ justitiæ, non subjiciunt sese justitiæ Dei, illorum Zelus est* ὁ καθ' ἐπίγνωσιν. *Atque Judæi &c.* v. 2. 3. Probat majorem v. 4. tali illatione: *Quicunque aberrant, à CHRISTO, fine legis ad justitiam cuivis credenti, illi non habent veram* ἐπίγνωσιν. At *illi ex ignorantiâ justitiæ Dei & studio constituendæ justitiæ propriæ non subjicientes se justitiæ Dei, aberrant à Christo, qui est finis legis ad justitiam cuivis credenti.* E. v. 4. §. 1.

Hujus argumenti majorem, seu quod vera ἐπίγνωσις sit agnoscere *Christum finem Legis ad justitiam cuivis credenti, & proinde* quod hujus cognitione carentes, non habeant ἐπίγνωσιν illam, probat Apostolus v. 5. tali argu- §. 2.

mento: *Si justitia quæ est ex Lege, non nisi perfectè Legem observantibus vitam promittit*: & contra, *non manentes in omnibus quæ scripta sunt in Libro legis, ut faciant ea*, atqve adeò omnes omninò homines extra gratiam Christi positos, *execrabiles & maledictos esse convincit*, E. *per Legem nemo apud Deum justificatur*: sed qværendus est *finis legis, Christus qvi redemit nos ab execratione legis*: qværenda *justitia fidei* v. 4. & 5.

§. 3. At verum est prius. E. Hactenus ergò Apostolus has hypotheses posuit 1. Nonnisi perfectè & rigorosè præstantes omnia maxima & minima Legis, justi sunt ex Lege, & vivunt ex Lege: uti contra vel in minimo deficientes à justitiâ exactâ Legali, maledicti sunt, & damnantur ex Lege. 2. Cum perfecta Legis impletio nulli homini naturaliter propagato, post lapsum, hâc in vitâ sit possibilis, proinde sententiâ Legis damnantur omnes, justificatur nemo: atqve adeò ultimum Legis est, *peccatorem revelare, peccatum exaggerare*, remedium nullum ostendere: sed de illo inqvirendo peccatorem solicitum vel fluctuantem relinqvere. 3. Ubi Lex peccatum ita exaggeravit, & hominem execrabilem ex operibus Legis non justificandum, convicit, immediatè Legi Christus succedit, & ita *CHRISTUS est finis Legis ad justitiam omni credenti*.

§. 4. 4. Atqve adeò justitia fidei est *justitia qvæ valet coram*

coram Deo: qvâ ignoratâ, qvi *propriam justitiam constituere student, non subjiciuntur justitiæ Dei.* 5. Cumq; hoc facere studeant *Judæi Zelotæ*, proindè rectè dictum: *illos habere ζῆλον θεοῦ ἀλλ' οὐκ ἐπίγνωσιν.* Hanc sequelam ostendit particula γὰρ qvatèr posita v. 2. 3. 4. 5. ubi in ascendendo, Conclusio ultima fuit: *finem Legis esse Christum, ad justitiam cuivis credenti*, atqve adeò *de justitiâ fidei* v. 4. qvam probavit *ab impossibilitate justitiæ Legalis*, qvippe exactissimam observationem postulantis v. 5. Hâc ergò ratione Apostolus *ad justitiam* ex fide redit v. 6. eandemq; *in loqventem* introducit: *Ne dixeris in corde tuo qvis ascendet in cœlum? hoc est Christum ex alto deducere: aut, qvis descendet in abyssum? hoc est, CHRISTUM ex mortuis reducere: sed qvid dicit: prope te verbum est in ore tuo & in corde tuo* v. 7. 8. §. 5.

Jucundissima jam est oppositionis ratio. Qvi ex Lege justitiam qværunt, ab ipsâ Lege ut peccatores maximi convincuntur, damnantur, confunduntur, cœlo excluduntur, ad abyssum relegantur, & sine Medico relinqvuntur: hinc tumultuantur, fluctuantur, & perplexi remedium nunc in alto qværunt, nunc in abysso, nihil habentes ex Lege, in qvo possint consistere & qvo possint abyssi supplicium effugere, & ad beatorum cœlum §. 6.

pervenire. Qvod ergò Lex ostendere non potest, ostendit *Evangelium & justitia fidei*, id est, 1. *per actum de fide negatum* v. 6. 7. qvi est vel *in cœlum ascendere*, & post Filium unigenitum τὸν ἐκ τοῦ κόλπου τοῦ πατρὸς, qvi perfectissimè nobis revelavit voluntatem patris, & nos redemit *à maledictione Legis*, alium Mediatorem & Oratorem seu Revelatorem justitiæ, cœlo educere, *vel in abyssum descendere*, h. e. Christum velut adhuc mortuum, & nondum Autorem nostræ salutis consumatum, post gloriosam resurrectionem dudum factam ex mortuis velle reducere. §. 7. 2. *Per actum fidei affirmatum* v. 8. qvi est inhærere Evangelio clarissimè revelato & prædicato, velut *Verbo fidei*, qvod est *in ore & in corde*, ut non opus sit propterea *vel in cœlum ascendere*, *vel in abyssum descendere*. §. 8. Neqve ergò hîc est oppositio cognitionis *Theoricæ*: sed *Practicæ*, cujus ab unâ parte incertitudo, & nullitas: ab alterâ parte certitudo, & veritas ostenditur. Facile est, scire, qvis sit legalitèr justus, sc. *qvi manet in omnibus*, *qvæ Lex præscribit*, seu ὁ ποιήσας. §. 9. At difficile est, imò desperata res est, ubi qvis se non esse talem μιήσαντα, & adeò legalitèr justum agnovit, *ex Lege definire*, *qvâ ratione peccator jam convictus coram Deo justus esse possit*. At *justitia fidei*, qvia est

ex

ex *verbo fidei prædicato*, atqve adeò *propinquo*, cui *justificandus adhæret*, propior est, & ex *Evangelio* tùm clarissimè proponitur, tùm facilimè acqviritur Ita se habet ordo sententiarum Paulinarum adusqve v. 9 De verbis v. 6. 7. 8. 9. qværitur. Allegationis qvidem §. 10. *formale* signum non extat: *materialis* tamen convenientia satis ostendit *respectum* Apostoli *Mosaicum*, s. ad textum Deut. 30. 11. 12. 13. 14. Immutatio levis est. Summarium loci contraxit Apostolus, unde qvædam subordinata, & in sensu facilè subintelligenda omisit. Illud μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου latet in לאמר v. 12. Illud: τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν expresse est in fontibus: מי יעלה לנו השמימה v. 12. Illud τίς καταβήσεται §. 11. εἰς ἄβυσσον paulò aliter Moses, sc. מי יעבר לנו אל עבר הים: sed facilè illud etiam in formali coneiliatur, ut taceamus Mosen bimembre thema voluisse probare, sc. 1. המצות לא נפלאת היא ממך. 2. לא רחקת היא, unde exemplum utriusqve tale ponendum fuit, pro qvo *abyssum* Apostolus substituere potuit. Exegesis utrobiqve ab Apostolo addita illud postulavit. In illo autem, qvem supra vocavimus §. 12. *actum affirmatum*, planè parallelus est Mosi

Aposto-

Apostolus: קרוב אליך הדבר מאד בפיך ובלבבך לעשתו. Expressit Apostolus: ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου Moses dixerat: *Propinquum valdè.* Apostolus sine adverbio. Illud à Mose additum לעשתו non exprimitur, quia non ita Græcæ lingvæ cum voce ῥῆμα convenit Hebraismus עשות דבר Gottes Wort halten / qvæ periphrasis est fidei, pro qvâ in N. T. Τηρεῖν τὰς ἐντολὰς Θεῦ s. Χριστοῦ conf. Joh. 14. 23. 1. Joh. 3. 22. 23. & illa πίστις Jacobi c. 1. 25. sc. illud παρακύψας εἰς νόμον τέλειον &c. Qværitur autem, an in eodem cum Mose argumento, his verbis utatur Apostolus? Certum est Apostolum illa hîc applicare ad *justitiam fidei*, & illud *verbum propinqvum in ore & in corde* de Evangelio explicare: Unde Apostolus post illa in v. 8. statim subjungit: Hoc *est Verbum illud fidei, qvod* §. 13. *prædicamus.* Conf. infra v. 17. Qvod si ergò citat Apostolus sententiam Mosis, utiqve & is fuerit qvoqve sensus Mosis. At tantùm de *Lege* agere Mosen, idemq; sine allegatione Apostolum applicare saltem suo modo *ad Evangelium*, statuunt alii; meliùs alii, generaliter Mosen *de verbo revelato tàm Legis, qvàm Evangelij* agere, Apostolum exinde *ad speciale*

*verbum*

*verbum Evangelij de Christo & fide in Christum* accommodationem sumere. Rectissimè di- §.14.
citur, Mosen ibi loqvi *de Lege* seu verbo Legis concretè, in qvantum consideratur cum CHRISTO *qvi est finis legis ad justitiam omni credenti.* Neqve enim putandum est, duplicem justitiam docuisse Mosen, ita sc. ut Israelitæ partim *ex Lege*, partim *per fidem Christi* justificarentur: sed nonnisi *justitiam fidei, ut valentem coram Deo*, Israelitis inculcavit, qvæ ut tantò rectiùs agnosceretur, *justitiam Legis hypotheticam*, ejusq; *conditionis rigorem* & impossibilitatem exaggeravit: sed & jam justi- §.15.
ficatos ad Legem ut regulam vehementiùs alligavit pro ratione temporis Legalis V. T. non justificatos autem æqvè tunc, ac nunc sub reatu, & *execratione Legis* esse potentèr ostendit: de cætero, *nonnisi per gratiam Domini IESU CHRISTI salvari homines peccatores* ipse Moses docuit. Conferatur pro respond. superiori textus v. 9. 10. 15.

4. Breviarium illius *verbi fidei*, s. *Evangelij* §. 1.
*prædicati* ab Apostolis exprimitur v. 9. *Si professus fueris ore tuo Dominum IESUM, & credideris in corde tuo, qvod DEUS eum suscitavit ex mortuis, servaberis.* Copulatur ab Apostolo *professio oris*, & *fides cordis*, planè ut in *verbo fidei* v. 8. *& oris & cordis* facta mentio: probat utrumqve v. 10. *Nam corde creditur ad justi-*

*ad justitiam: ore autem fit professio ad salutem:* & hoc iterum v. 11. ex dicto Esaiano c. 28. 16. *Quisquis credit in eum non pudefiet*, quo aureolo jam supra allegato insignitèr delectatur Apostolus. Notetur hîc 1. Uti in verbo fidei propinquo, priùs oris, deinde cordis fit mentio בפיך ובלבבך conf sup. thes. 3. §. 12 ita in hoc breviario, priùs professio Domini JESU in ore, ponitur, qvàm fides resurrectionis in corde v. 9. qvia sc. de Verbo fidei, ut nobis cognoscibili, per modum ὅτι procedebat Apostolus, omninò uti in dicto Mosis: ita & Apostoli prius memoranda erat *professio oris*, qvàm *fides cordis*: per illam enim hæc cognoscitur: uti contra in ratione illius breviarii, ubi per modum διότι procedit Apostolus, *fides cordis* ut causa professionis ponitur ante *professionem oris*, ut causatum. Note-
§. 2. tur 2. *professio illa oris* subordinanda est *fidei cordis*, ita ut sit talis propositio: *Fides in Dominum IESUM ut suscitatum ex mortuis est ad salutem necessaria, & salvat, qvæ ipsa fides in ore est per professionem*: neqvaqvam autem hîc *fides professioni* vel opponenda, vel contradistingvenda: seqveretur aliàs objectum *professionis in ore* distinctum ab objecto *fidei in corde*: item, fide qvidem homines justificari,
§. 3. at non salvari. Pro illo facit 3. qvod in ratione

tione Biblicâ seu Propheticâ v. 11. *Solius fidei* fit mentio, sine mentione *professionis oralis*: atqve adeò argumentatio Apostoli talis est. 1. *Qvicunqve credit in Christum non pudefit* i. e. justificatur & salvatur v. 11. E. 2. *Fides*, qvæ ipsâ professione Domini Jesu se exerit est *ad justitiam & salutem necessaria*, v 10. atqve adeò 3. *Qvi profitetur ore suo Dominum Iesum, & credit in corde suo, qvod Deus cum suscitaverit ex mortuis, servatur.* v. 9. Ex hâc ergò correspondentia probationis Apostolicæ cum §. 4. thesi, solvuntur facilè argumenta Pontificiorum, & Majoristarum, qvi grande suæ causæ præsidium habere se putant in illis verbis Apostoli: στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν v. 10. Sanè, si confessio ita se habet ad salutem, prout *fides cordis ad justitiam*, seqvetur, confessionem ad salutem esse necessariam per modum causæ organicæ, homines fide justificari, confessione salvari: seqvetur adeò bonum qvoddam opus hominis esse ad salutem necessarium, non tantùm respectu compræsentiæ: sed & veræ *causalitatis, & activæ efficientiæ* (neqve enim eadem esset ratio causandi formalis in fide, & confessionis opere) particula ergò *εἰς solam sequelam* dicit salutis, ad *professionem oris*, qvæ est *ex fide cordis*: nec qvicqvam cognationis habent hæ duæ enuntiatio-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730111091/phys_0355
DFG

tiationes: *Ore fit professio ad salutem.* E. *Professio oris* (ut bonum opus) *est ad salutem necessaria.* Justificatus ex fide cordis, non est
§. 5. χωρὶς ὁμολογίας: sed *Ore confitetur Dominum Iesum* & ita solâ fide justificatur (*Dicit enim Scriptura: Quisquis in eum credit non pudefiet.* i. e. speratam salutem omninò assequetur, expectatione suâ non frustrabitur, uti expl. Estius) E. *ipsa confessio oris fidei contradistincta est causa salutis.* Hoc ex illo non sequitur: Proximè
§. 6. ad orthodoxiam accedit sententia Gulielmi Estii ad v. 10. *Posset fortassis in hac bimembri sententiâ repetitio ejusdem intelligi, diversis verbis facta, more Hebræorum, quandoquidem & oris confessio actus est fidei, & justitiam salus consequitur, ac proinde etiam dici posset: Corde creditur ad salutem. Rectè tamen in utroque membro peculiare aliquod ab Apostolo significatum intelligimus, dum fidei justitiam ascribit, confessioni salutem, istud nimirum, quia fides ad justitiam consequendam prorsus est necessaria: sed tamen homo per fidem jam justificatus ad salutem vitæ æternæ non perveniet, imò nec ipsam salutem inchoatam tueri poterit ac retinere, nisi, cum res postulaverit, fidem, quam animo tenet, ore confiteatur.*

§. 1. 5. Justitiæ illius Evangelicæ, cujus indolem hactenus descripsit, & quam *testimonio Prophetico* roboravit, *universalitatem* (ne quis occuparet illam solorum esse Judæorum) probat Aposto-

Apostolus à v. 12. *ab uno Domino, Iudæorum & Gentium*, ejusdemq; *universali misericordiâ omnibus invocantibus exhibendâ*, qvod testimonio Joelis 2. 32 roboratur v. 13. *Omnis qvi invocaverit nomen Domini, servabitur.* Hâc occasione gradus *in invocatione* suppositos, *fidei originem, Evangelicum ordinem, ministerij efficacitatem* Apostolus, accuratè explicat, ab objectione auspicatus. *Invocatio* sc. supponit *fidem* (ut causam justitiæ & salutis): hæc ἀκοὴ s. *auditum*: auditus, *prædicationem*: prædicatio *missionem*; qvæ missio *à pedibus Evangelizantium* probatur ex Esaiæ 52. 6. 7. Concluditur 1. *fidem esse ex auditione*: *hanc* autem postulare *Verbum Dei prædicatum*. 2. *Prædicationem & auditionem esse universalem*: *at fidem particularem*. Πάντες μὴ ὑπήκουσαν; sed οὐ πάντες ὑπήκουσαν τῷ εὐαγγελίῳ. *Audientiam illam universalem* probat Apostolus ex Psalm. 19. à regulâ Apostolicâ sonante per omnem terram, & ad ultima usqve orbis tertarum v. 18. *At obedientiam particularem*, seu qvod *non omnes obedierint Evangelio*, probatur ex Esa. 53. 1. generalitèr v. 16.: particulariter resp. Israelis ex *testimonio Mosis* Deut. 32. 21. in v. 19. & Esaiæ c. 65. 2. unde Apostolus probat *Gentium conversionem* v. 20. *Israelis rejectionem* v. 21. §. 2.

§. 3.

De cœtero v. 17. non agere Apo- §. 4.

stolum *de Ecclesiâ jam constitutâ: sed per prædicationem Evangelij demum in mundo constituendâ, atque adeò respectu temporis Apostolici*, rectè
§. 5. notatum ab Hunnio. Notamus pro conclusione hujus capitis 1. ex v. 14. argumentum apodicticum contra *Invocationem Sanctorum* & Θρησκείαν Ἀγγέλων Papisticam. Argumentum Apostoli est πανδέκτων tàm affirmativè, qvàm negativè: *Objectum fidei est qvoqve objectum invocationis. Angeli, & Sancti mortui non sunt objectum fidei.* E. item: *Solus Deus Pater, Filius & S. S. est objectum fidei.* E. Major est formalitèr in Apostolo. Minor est concessa. Firma ergò conclusio. Exci-
§. 6. pit qvidem adversatius ex v. 13. repetendum esse ὄνομα κυρίου in v. 14. & *majoris prædicato*, ut plena sit sententia: *Qvomodo invocabunt nomen Domini in qvem non credunt*: item lim. maj. præd. *is est objectum invocationis, tanqvam autor salutis*, ut ita concedatur totum argumentum. Cœterum, illa limitatio *principium petit, in Grammaticam impingit, universalem Apostoli* qvæ talis est: *In qvemcunqve non creditur, is non invocatur*, fine causâ *restringit*, ut in qvadam saltem *invocatione religiosâ* fides reqviratur: præterea fallum dicit: neqve enim Pontificii Sanctos invocant saltem, *ut opitulatores suos, per preces & suffragia*: sed & *per sua merita*,

*merita*, & *suo modo*, *ut Autores salutis*. Notamus 2. Argumentum pro gratiâ & *vocatione*, maximè tempore N. T. *universali*. *Sonus Apostolicus exivit in omnem terram: verba Apostolorum ad ultima orbis terrarum* v. 18. *Deus volens omnes salvari*, vult illo ordine, ut *invocent, credant, audiant, ut illis prædicetur, ut illis Evangelistæ mittantur*. Si salvari non possunt, nisi credant, nec credere, nisi audiant, nec audire, nisi prædicetur, consequens est, etiam gentibus prædicandum fuisse Evangelium, imò omnibus hominibus. Contrarii ergò sunt scopo Apostoli, qvi ex hoc textu probare nituntur: *non omnibus hominibus à Deo dari sufficiens auxilium ad salutem*: neqve valet illatio: *Nec nunc singulis prædicatur, nec ante Christi adventum de fide ad salutem necessariâ prædicatum est omnibus & singulis*. E. *non data est omnibus sufficiens gratia*. Fatemur facilè ex hoc textu non formaliter probari: *Omnes omnium seculorum homines audivisse*: sed illud saltem: *Apostolorum tempore velut à Deo præordinato prædicatum ita esse & prædicari Evangelium, ut per totum mundum audiatur*. Probatur ergò universalis gratia vocationis in gradu excellenti, qvem Deus non præstat singulis ætatibus, nec præstare tenetur. Durior hîc fuit Augustinus, negans *unqvam, vel ipso Apostolorum tempore notitiam Evangelij ad omnes*

§. 7.

§. 8.

§. 9.

*mnes gentes pervenisse*, cui & hîc textus est contrarius, & ille Coloss. 1, 23. Matth. 24, 14.

§.10. Act. 17. 30. Marc. 16 20. Falsum est, interrogationem Apostoli v. 18. μὴ τὸν ἤκουσαν esse *de solis Judæis*, exclusis gentilibus. Obstat Apostoli responsio de *sonus Apostolici penetratione universali*: obstat *interrogatio particularis* v. 19. de γνώσει Israelis: Disputatio qvidem à Paulo instituta est de *reprobatione Judæorum*, non *Gentilium*: sed profectò à v. 12. transitus ad *Gentiles* est evidens: ut mirum sit ex Pontificiis Gulielmum Estium v. 18 de *solis Judæis* intelligere, qvi paulò ante ad v 14. notaverat:

§.11. *Apostolum hîc agere de generali prædicatione Evangelij per omnes Gentes: Si enim beneficium Dei statuentis hominem justificare & salvum facere per fidem propositum est omnibus tàm Gentilibus, qvàm Judæis, credere autem non possunt, nisi audiant, nec audire, si non sit qvi prædicet, conseqvens est etiam gentibus prædicandum esse Evangelium, nec offendi debere Judæos, si Paulus ac cœteri Apostoli per suam prædicationem generale Dei beneficium etiam ad gentes propagent.*

§.12. Not 3. Fides adultorum, juxta modum acqvirendi ordinarium, non est ex immediatâ divinâ vel angelicâ revelatione: sed ex *verbo sive audito, sive lecto*, sive prædicato, sive scripto: unde Evangelium *verbum fidei*. Surdi nati, qvia

nec

nec audire possunt, nec literas discere, & adeò legere, ad extraordinarium casum pertinent. Notamus 4. De jure, non prædicant, nisi *missi*: §.13. de facto multi prædicant, non missi: sed prædicantes non missi, non sunt veri Evangelistæ, nec sunt illorum pedes specioſi. Neqve tamen omnes missi, sunt Evangelistæ veri, qvia dantur etiam *non legitimè missi*. Notamus 5. Illud: ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς v. 17. non est §.14. sumendum *exclusivè*, ita sc. ut *fides* nullo modo ordinario sit in ullo subjecto salvando, nisi *ex auditu*. Omninò *fides & qvidem actu-* §.15. *alis* in infantibus non est ex auditu, illo modo, qvo hîc vox ἀκοῆς contradistingvitur objecto auditô: concedimus tamen in ordinatiâ praxi adultorum exclusive sumi. *Fides habitualis* Papistica, qvæ in adultis est ex actuali: in infantibus sine actuali, ita ut actu non possint credere, est ἄπῳ γεγραφῆς.

6. Clausit Apostolus caput 10. tristi qvere- §. 1. lâ de Israele, ut populo rebelli & contradicente, & hactenus *reprobationem* Israelis, ejusq; *causam* expositi: nunc à capite 11. *rejectionem Israelis non esse universalem, nec absolutam* ostendit, idq; 1. *suo Exemplo* sc. *Paulus non est abjectus. Paulus est Israelita.* E. *qvidam Israelita non est rejectus*: & adeô falsum est, *Deum abjeciſſe populum suum*; ὃν προέγνω, sc

per Evangelii prædicationem in Christum crediturum. 2. *Eliæ responso:* seu τῷ χρηματισμῷ ex 1. Reg. 19. 10. 19. sc. *Si Eliæ temporibus, usque adeò magna reprobatorum fuit pluralitas, ut ipsi Prophetæ Ecclesia fuerit invisibilis, idemq; sè solum relictum esse putaverit, & tamen illo ipso tempore septem millia virorum, qui non flexerint genu* τῇ Βάαλ *Deo conspicua fuerunt. E. etiam nunc esse possunt in tantâ rejectorum multitudine quædam Electorum reliquiæ Deo conspicuæ, etsi* nobis magnâ parte ignotæ. v. 1. 2. 3.

§. 2. 4. 5. Causam particularis Electionis ostendit esse *Gratiam*, non meritum: dum vocat λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος, quâ ratione subjungit Oppositionem Gratiæ, & operum v. 6. & occasione Electorum s. τῆς ἐκλογῆς ἢ ἀπέτυχεν sc. τῆς δικαιοσύνης Θεοῦ, redit ad *rejectionem Israelis* justitiam operum sectantis, & justo Dei judicio πωρωθέντος v. 7. quod Esaiæ & Davidis testimonio probat v. 8. 9. 10.

§. 1. 7. Objectio inde Apostolo talis 1. Μὴ ἔπταισαν ἵνα πέσωσι, *An impegerunt, ut penitus exciderent?* i. e. numquid absolutè rejecti sunt? numquid interitum illorum Deus quæsivit? Negatur ab Apostolo & simùl probatur tali argumento: *Si Deus, impingentibus Iudæis* vocat *Gentes, easdemq; salvat, ut Iudæos ad salutarem*

*salutarem æmulationem gentium provocet.* E. *Deus non voluit absolutè, ut Iudæi impingerent ita ut penitus exciderent.* Sed. E. v. 11. Illatio inde §. 2.
Apostolica est in v. 12. talis sc. *Si παράπτωμα Iudæorum est opulentia mundi, & diminutio illorum est opulentia Gentium: quantò magis plenitudo Iudæorum?* i. e. Si rejectio Judæorum particularis profuit Gentibus, multò magis universalis conversio profuisset mundo Gentium. Sed. E. Atqve hanc ipsam illationem pòst parenthesin & Apostropham *Orationis ad Gentes* (ut scil. his reverentiam erga Judæos imprimeret) directam, & affectu erga Consangvineos Judæos insignitèr temperatam v. 13. 14. resp. temporis futuri explicat iteratò Apostolus v. 15. *Si ἀποβολὴ Iudæorum fuit reconciliatio mundi, multò magis ἡ πρόσλημψις illorum erit vita ex mortuis* v. 15. Ratio §. 3.
Apostoli est: *qvia adhuc est sanctum semen: probat:* qvia: *si primitiæ sanctæ: ergò etiam sancta est Massa: si sancta est radix.* E. *etiam rami.* Per ἀπαρχὴν s. primitias intelligit sanctos Patriarchas, qvibus facta est promissio: per φύραμα posteros fide eam apprehendentes: non enim hoc vult Apostolus sanctorum Judæorum posteros naturâ esse Dei filios: seu in divino fœdere: contra hanc enim opinionem gravissimè disputavit c. 9. 8.

sed hoc innuit: Deum qvi Judæorum majores verbo & Sacramentis, ad regnum suum vocaverit, eosq; plurimis beneficiis affecerit, & prærogativis exornaverit, non ita in universum omnes illorum posteros rejeciſſe, ut non, modò verè convertantur, eos in gratiam velit recipere: cum vocatio & omnia charismata Dei sint ἀμεταμέλητα v. 29.

§. 1. 7. In illâ Orationis ad Gentes Apostrophâ seqvitur *Gentilium conversorum ab insolentiâ & contemtu Iudæorum dehortatio*, cujus propositio est v. 17. 18. Gentiles converſi non debent κατακαυχᾶσθαι τῶν κλάδων seu, se *extollere & insolentèr gloriari adversus ramos seu Iudæos qvosdam lapsos:* rationes adduntur: qvia sc. *non omnes rami sunt defracti:* sed saltem *non nulli.* 2. Gentiles sunt *non olea: sed oleaster*, vel *oleastri surculus.* 3 Non sunt rami nativi; sed saltem *insitivi*, per participationem sc. radicis ac pingvedinis oleæ. 4. Gentiles non portant radicem: sed *radix Iudæorum portat Gentiles:* i. e. Religio & Testamentum non venit à gentibus ad Judæos; sed à Judæis ad

§. 2. Gentes. v. 17. 18. Qvia autem præcipua gloriationis Gentilium adversus Judæos materia esse poterat comparatio *Ramorum defractorum cum insititiis:* Judæi sc. sunt *rami defracti Gentiles insitivi*, v. 19. proinde ad hanc objectionem

ctionem refutandam totus nunc Paulus accingitur à v. 20. Respondet autem 1. *Causam* §. 3.
*fractionis & insertionis ostendendo.* v. 20. Illi sc.
τῇ ἀπιστίᾳ seu per *incredulitatem sunt defracti:*
*Gentiles autem conversi* τῇ πίστει *seu per fidem*
*stant:* atque adeò stantia illa Gentilium est
solius gratiæ: 2. Dei potentiam & superbiæ humanæ opponendo & timorem inculcando:
Imperativus reverentiæ expressus est v. 20.
Μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ i. e. ne extollitor animo; sed metue. Inductivum timo- §. 4.
ris est v. 21. à majori ad minus: *Si Deus non pepercit ramis naturalibus: sed illos propter incredulitatem defregit.* E. *multò minus parcet insititiis, Gentilibus incredulis, Apostatis.* v. 21. 3. Justitiam Dei erga ramos defractos: Misericordiam erga insertos celebrando v. 22. *Vide*, inqvit, *benignitatem ac* ἀποτομίαν seu *præcisam severitatem Dei: hanc* respectu illorum *qvi ceciderunt;* illam *resp. Gentilium conversorum stantium in benignitate: qvin imò possunt Gentiles rami insititij, non permanentes in benignitate divinâ, excindi: & Judæi rami nativi, etsi defracti, non permanentes in incredulitate, iterum in Ecclesiam inseri seu* ἐγκεντρισθῆναι: v. 23. qvam possibilitatem inserendi rursus Judæos probat argumento à minori ad majus v. 24. *Si Gentiles ex naturali excisi oleastro, præter natu-*

*ram insiti sunt in veram oleam, quantò magis Iudei inseri possunt naturali oleæ?* Patet autem
§. 5. hinc 1. de *qvâ reprobatione* Judæorum primariò & ex professo supra egerit Apostolus sc. de tali, in qvâ reprobi possunt fieri Electi, & æternum salvari. 2. Illam fidem, per qvam Deus inserit homines in veram salutis oleam: per qvam stant in oleâ, & qvâ amissâ, exciduntur ex oleâ, atqve adeò veram & vivam in Jesum Christum fidem & totalitèr & finalitèr in qvibusdam esse amissibilem. Respondet 4. *Magnum* aliqvod *mysterium* revelando, ejusdemq; mysterii utilitatem inculcando à v. 25.
§. 6. Substantia mysterii est 1. Πώρωσις seu *excæcatio Israelis majori parte, durabit ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ usqve dum plenitudo Gentium intravit.* 2. *Ita totus Israel servabitur, sicut scriptum est:* Veniet ex Sion ὁ ῥυόμενος &c. v. 25. 26. 27. Notetur in illo my-
§. 7. sterio illud ἀπὸ μέρους & ἄχρις οὗ. v. 25. item illud ἄνω & καθὼς item πᾶς Ισραὴλ σωθήσεται v. 26. Locus allegatus est ex Esaiâ c. 59. 20. Huic mysterio subjungit 1. paræne-sin de amore Judæis præstando ob futuram conversionem, & sanctam radicem v. 28. 2. Conversionis multorum certitudinem v 29. qvia sc. *Deum non pœnitet vel charismatum, vel*
§. 8. *vocationis.* Ineptissima ex hoc textu est illatio

latio Caspari Sargeri Minoritæ tract. de Missâ, sc. Dona Dei sunt ἀμεταμέλητα. E. *post consecrationem & sumtionem durabilis est transsubstantiati Corporis & Sanguinis Christi præsentia Eucharistica.* 3. Temporariæ excœcationis finem, *misericordiam* scil. *exhibendam Judæis*, qvi finis illustratur similitudine excœcationis Gentium, sc. *Gentiles increduli*, τῇ ἀπειθείᾳ Judæorum, non ut causâ: sed occasione, *accipiunt misericordiam.* E. *& Judæi nunc increduli possunt donari misericordiâ* (omittitur in applicatione occasio ἀπειθείας Gentium.) idq; *Occasione misericordiæ præstitæ Gentilibus.* Verba illa: τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει ad seqventia refert Beza: pro qvo facit correspondentia illius: τῇ τῶν ἀπειθείᾳ in v. 30. 4. Misericordiæ illius divinæ intentam universalitatem: qvia sc. *conclusit Deus omnes in infidelitatem* (non illam in omnibus efficiendo: sed ut justus Judex declarando, omnes ob peccatum reos esse æternæ mortis, si Deus ex rigore justitiæ cum illis vellet agere) *ut omnium illorum misereretur* v. 32. 5. Magnificam *profundissimarum divitiarum tùm Sapientiæ, tùm Cognitionis Dei, imperscrutabilium item judiciorum & impervestigabilium viarum admirationem & celebrationem* v. 34. Ratio ponitur 1. *impenetrabilitas mentis Domini*, sc. *in illis imperscrutabilibus* §. 9. §. 10.

*tabilibus judiciis :* 2. *Nullitas Consiliarij*, quæ comparatur illis *imperveſtigabilibus viis* v. 34. 3. Miſericordia indebita. *Deus nemini aliquid debet* v. 35. Probatur illud indebitum v. 36. *Ex quo, per quem, in quem ſunt omnia illi nemo prior dedit, ut retribuatur eidem :* atque hâc Occaſione additur Concluſio δοξολογικὴ. *Ipſi ſit gloria in ſecula* v. 36. Ita ſe habet σωματοποίησις Capitis 11. totiusq; adeò tractationis c. 9. 10. 11.

§. 1. 8. Quæritur hîc 1. An negativa Apoſtolica c. 11. 2. οὐκ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ contradicat teſtimoniis propheticis c. 10. verſu maximè 21. allegatis, ita ut quod manifeſtè teſtantur Prophetæ, ſuis ſaltem verbis exprimere noluerit Apoſtolus, ut ſuæ genti parceret ? Neg. Ratio ex collatione *Objecti reprobati & non reprobati.* Opponitur ſc. λαὸς ὃν Θεὸς προέγνω, τῷ λαῷ ἀπειθοῦντι καὶ ἀντιλέγοντι conf. ext. c. 10. ult. c. 11. 2. ſc. λαὸς ὃν προέγνω eſt objectum προορισμοῦ vid. c. 8. 29.

§. 2. Notamus hîc Eſtium pontificium : *Peſſimè*, ait, *faciunt illi, qui ex vocabulo præſcientiæ ſeu προγνώσεως ſtatuere hîc nituntur electionem ex operum præviſione, contra illud quod paulò poſt ſequitur. Si gratia jam non ex operibus* Solens aliàs eſt Papiſmo *prædeſtinationem gloriæ* præviſis meritis de condigno, *non quidem liberi arbitrii;*

bitrii: sed *gratiæ* tribuere: qvi semipelagianismus est: uti distinctio *reprobationis in Negativam & positivam: illam absolutam: hanc conditionatam* Bellarmini Calvinismus est vid. Bec. de Val. & Bell. l. 2. c. 9. de gr. & lib. arbitr. qvanqvam vix ullibi plures sint in Papismo Mæandri, qvam in hoc dogmate. Cœterum tollit illam orthodoxiæ speciem idem adversarius, *Si*, inqvit, *de operibus absolutè loqvamur jam certè non pugnat dari aliqvid ex gratiâ simùl, & ex operum merito: si scil. ipsa opera qvibus meremur, sint gratuitò donata: unde idem distingvit inter opera prævenientia gratiam, & qvæ sunt solarum virium, & opera promanantia à gratiâ Dei, qvæ possint promereri vitam æternam.* Igitur qvod supra dictum ab Estio tantùm intelligendum *de Prædestinatione primæ gratiæ*, qvæ non cadat in meritum bonorum operum: non item *de Prædestinatione gloriæ*. Contra ab Apostolo, *gratiæ eligēti* opponitur *omne opus hominis, sive per gratiam Dei, sive virib. naturæ factum:* ipsa etiam *fides*, qvat. juxta Pontificios, est *bonum qvoddam opus nostrū.* §. 3.

Qværitur 2. An Elias conqvestus: *Ego relictus sum solus*, id intellexerit comparatè resp. *aliorum saltem Prophetarum*, ita ut dicat *se solum superesse Prophetam*, *an absolutè* resp. *aliorum visibilium Ecclesiæ membrorum?* Aff. post Probatur ex oppositione 7000. illorum: qvo sensu §. 4.

sc. Eli-

sc. Elias conqvestus est se solum superesse, eo
§. 5. sensu Deus testatus est supersse septem millia:
& contra. At non 7000. Prophetas super-
§. 6. esse Deus est testatus. E. nec Elias se solum
ut Prophetam. Notamus obiter duo 1. arti-
culus Fœmininus ante Baal non probat Baa-
lem non masculum fuisse Tyriorum ac Sido-
niorum Deum. 2. Notatum ab Hieronymo
comm. in c. 3. Sachar. in numero septem mil-
lium plenè contineri nomen Christianorum,
per parem sc. Arithmeticam 1941.

§. 1. 9. Qværitur 3. An illatio Apostolica v. 6.
*Si per gratiam, jam non ex operibus, alioqvin*
*gratia jam non est gratia*, evertant dogma Papi-
sticum de meritis bonorum operum respectu
vitæ æternæ? Aff. Vanum effugium pontifi-
ciorum est, qvando dicunt Apostolum loqvi
*non de qvibuscunq; operibus: sed de iis qvæ gratiam*
*omnem præveniunt, & proinde ad solas naturæ vi-*
*res referenda sunt:* Petitio principii est illud
Estii thes. 8. §. 2. & expresse contra Apostо-
§. 2. lum, qvi ἐκ ἔργων χάριν absolutè ope-
ribus opponit, & adeò omne operum meritum
sub qvocunqve respectu excludit. Neqve ul-
libi scriptum: *Deum donare justificatis bona o-*
*pera, ut per illa mereantur vitam æternam.* Qv. 4.
An rectè à Vulgato omissum membrum 2. ver-
sus 6. seu illud Antitheton Apostolicum: *Si*
*autem ex operibus, jam non est gratia: alioqvin*

opus

*opus jam non est opus?* N. obstat 1. summus consensus in Græcis codicibus. 2. Necessitas explendæ antitheseos *fidei & operum.* 3. Interpretatio Syra, qvæ plenè legit: אן דין בעבדא לא הוא מן טיבותא ואן לא עבדא לא איתוהי עבדא. 4. Antithetica illa particula planè jugulat *omne operum meritum in ordine ad vitam æternam.* Frustra excipit Erasmus: *Paulum hîc non agere an opus sit opus: sed astruere gratiam contra Judæos:* neqve enim Paulus hîc agit qvoqve *an gratia sit gratia:* sed uti exinde: *si sc. id qvod est per gratiam, esset ex operibus* concludit illud absurdum & contradictorium *Gratiam non fore gratiam.* Ita ex illo: *Si id qvod est ex operibus s. operum merito esset simul ex gratia,* concludit absurdum illud: *Opus fore non opus* qvod est ἀντικείμενον ἐν πρόσκειμένῳ. Interest Papismi, hanc clausulā pro spuriâ haberi, qvæ tàm directè repugnat superiori illi distinctioni, de operibus gratiæ subordinatis, & *sub hâc* promerentib⁹ vitam ærernam. At *sine causa* dubitatur an hæc sit *germana Apostoli lectio.* Præferendi hîc tractatores Græci, e. c. *Theophylactus Oecumenius:* Chrys. in commentar. ad totum hunc versum parcus satis est *Commentator:* ut exinde concludere non liceat *Chrys. non legisse.* Legitur sanè textus, prout est in Græco apud Chrys. licet illum brevius tractet. Rectè e. *Cajetanus* eclipsin in Latino textu Vulgato hîc notavit: malè *Gulielmus Estius* Pleonasmum in-

§. 3.

§. 4.

§. 5.

§. 6.

utilem in Græco textu esse respondet. Qv. 5. An A-
§. postolo c. 11. 8. allegaverit juxta versionem Græcam
7. τ LXX? R. 1. Dubium hoc expedire non licet, nisi prius ostendatur genuina antiqva τ LXX. translatio, qvam cum jamdudum ab Origenis ætate nemo viderit, audacia est, qvæstionem tùm hìc tùm alibi affirmare. 2. *Si ex convenientiâ qvorundam locorum N.T. allegatorum ex Vet. cum Græcâ versione* τ *LXX. hodiernâ*, probatur, Apostolos allegavisse in N.T. juxta Græcam τ LXX. E. ex *innumerabilium locorũ disconvenientia* cum textu Græco versionis hodiernæ τ LXX. probabitur, illos non allegavisse LXX. edit. Græc. Tutissimè dicitur: *Illos Fontes Prophetarum ipsos consuluisse*, vel etiam sine Consilio fonti-
§. um critico, *actos à Sp. S. locutos esse & allegavisse*.
Qv. 6. Qvæ ratio illius mysterii *de salvando post introitum plenitudinis gentium omni Israele* v. 26. R. De toto *Israele carnali* ad Christianismum convertendo, *postqvam intravit plenitudo gentium*, explicat Chrys. Aqvin. Caj. & Sotus. De *plurimis Iudæor. ante diem novissimũ convertendis*, atqs adeò de *Israele carnali* Patres alii: estqs hic tam Græcor. qvàm Latin. consensus, qvi huic textui parallelum statuunt Hos. c. 3. & ex utroqs probant, *futuram magnam conversionem Iudæor.* Ipse Hier. qvi comm. super c. 11. Es. de *Israele spirituali ex Iudæis & Gent. electis* constanter, explicuerat, comm. in c. 3. Hos. aperte retractat. Qvid sentiamus, ex superiori textus propositi constare poterit, & magis ex *Opisodromo* constabit.

## THESIS I.

CUm Divina ad Romanos Epistola, perfectum sit totius Theologiæ breviarium, & admirabile compendium: proindè, uti in aliis, ita præprimis in hac Epistolâ, id agit Apostolus, ut non saltem doceat *Articulum Iustificationis*, vel, qvomodo per verbum fidei regenerentur seu justificentur salvandi: sed etiam, qvomodo jam justificati, & salvandi, per idem verbum sint renovandi, mente, voluntate, affectibus, ad pietatis studium, juxtà utramqve Decalogi tabulam instituendum: atqve adeò *cum articulo justificationis* immediatè copulat *Articulum renovationis* seu *sanctificationis* à capite 12. Ut itâ, sicut alibi utrumqve Articulum, divinâ brevitate & majestate contrahit, qvandò ad Tit. c. 3. v. 6. 7. celebrat ineffabilem Dei χρηστότητα & φιλανθρωπίαν, addens: *non ex operibus*; sed *ex gratiâ salvos nos fecit per lavacrum regenerationis* &c. statim autem v. 8. subjungit: *Fidelem esse hunc sermonem, eundemq; magnâ vi inculcandum*, ἵνα φροντίζωσι καλῶν ἔργων προΐστασθαι οἱ πεπιστευκότες θεῷ. Ταῦτα ἐστὶ τὰ καλὰ καὶ ὠφέλιμα τοῖς ἀνθρώποις. Idem ergò à cap. 12. in hac Epistolâ agit Apostolus, §. 1. §. 2.

id unicè urgens, ut *jam credentes & justificati, bonis qvoqve operibus sint conspicui*, qvem nexum Articulorum *Iustificationis & Renovationis*, docet particula ἵν. inv. 1. qvæ ipsa facit
§. 3. tale argumentum: *Qvicunqve sunt electi, vocati, illi qvoqve debent corpora sua offerre Deo in sacrificium vivum, sanctum, Deo beneplacitum.* Atqvi Romani, Christiani sunt tales. E. Titulus ergò partis ultimæ, uno verbo, est *renovatio*, de qva in antecessum hæc generalia præmittimus. 1. *Renovatio à justificatione differt formaliter;* idq; 1. respectu causæ efficientis: qvia justificatio est actio solius Dei: at renovatio, ità est actio Dei in justificatis, ut etiam per ipsos justificatos producatur. 2. Respe-
§. 4. ctu causæ formalis: Forma justificationis est absolutio à peccatis, eaq; meræ gratuita per applicatam redemtionem sangvinis: At forma renovationis, est mutatio intellectûs, ad cognoscendum, voluntatis, ad eligendum, Affectuum, ad appetendum, Facultatum omnium, ad exercendum bonum: Præterea est mutatio Actionum emanantium qvoad actum secundum, qvi est bonorum operum. 3. Respectu Modi formalis. In Justificatione sc. est imputatio: in renovatione est inhærentia Justitiæ & introducti habitus pietatis: ibi
§. 5. imputatur, qvod est extrà nos, *meritum* sc. vel *Sangvis Christi;* At renovatio est partim extrinseca,

trinseca, partim autem intrinseca mutatio: sic justificatio fit in *instanti*, renovatio fit *paulatim & successivè*. Conferatur de his textus 1. Joh. 1. v. 9. Matth. 9. v. 22. Ad Rom. 3. v. 24. Ad Eph. 2. v. 8. & 10. c. 3. v. 18. Notamus 2. *Renovatio easdem habet causas, efficientem* sc. *principalem & meritoriam*, quas habet justificatio: illud Christi: *Sine me nihil potestis facere*, æqvè valet in renovatione qvàm in justificatione. Datur tamen in renovatione *Synergismus*. Homo justificatus, non saltem est sub- §. 6.
jectum Denominationis, seu *passivæ renovationis*: sed etiam est *causa secundaria*, per gratiosum influxum superioris mota, concurrens ad suam renovationem, atqve adeò ità renovatur à Deo, ut renovet qvoqve se ipsum per vires supernaturales, in regeneratione acceptas: At in regeneratione & justificatione, nullus planè datur Synergismus, conf. 2. Tim. 2. v. 19. 21. Notamus 3. *Justitia bonæ causæ valet in renovatione: non in justificatione*, neqve §. 7.
proindè confundenda est cum illa, qvæ consistibilis est coram Dei tribunali. conf. Psal. 7. v. 4. Psal. 18. v. 21. Psal. 142. v. 22. ad Phil. 3. v. 9. Notamus 4. *Fides non solùm operatur in justificatione; sed etiam in renovatione*: operatio autem fidei posterior non est nisi per charitatem, conf. 1. Tim. 1. v. 22. 23. Actor. 15. v. 9. Galat. 5. v. 6. ad Philip. c. 1. v. 11. Notamus 5. §. 8.

*Subjectum denominationis in Articulo renovationis, non est progenies viperarum*, nec δένδρον σαπρὸν: sed *homo jam justificatus*: uti ergò in non justificatum. e. c. genitem non cadit renovatio: ita nec bona opera: imò motus non justificatorum, non sunt boni, sive Evangelicè, sivè legalitèr; Non illud, conf. Matt. 12 v. 33. ad Hebr. c. 12, v. 6. Non hoc: conf. ad Gal. 3. v. 10. Matt. 22 v. 37. bona opera gentilium, talia dicuntur saltem resp. aliqvalis cum lege convenientiæ & generalis complacentiæ: At specialem, nec convenientiam nec complacentiam habuerunt: prætereà bona opera non tàm *nominibus* qvàm *adverbiis* sunt dijudicanda, an sc. benè fiant, idq; tùm resp. principii, tùm resp. scopi. Notamus 6.

§. 9. *Renovatio versatur circà omnes facultates hominis, summas, infimas, activas, passivas, internas, externas, voluntarias, involuntarias, naturales, præternaturales*: uti ex textu præsenti v. 1.2. &c. constabit. Materia tamen adæqvata renovationis est *vetus homo*. Forma renovationis consistit in perfectissima conformatione totius hominis cum norma sanctitatis & justi-

§. 10 tiæ divinæ. Undè patet, hac in vita non tantùm renovationem esse imperfectam: sed etiam omnem Actionem hominis renovati certo respectu esse peccaminosam, ut impudentes

dentes Sophistæ sint, qvi non saltem commensuratam toti Decalogo: sed etiam transcendentalem aliqvam perfectionem homini renato in hac vita tribuunt. Finis renovationis, non est salus obtinenda, sive sub titulo medii s. medici: sed glorificatio Dei, declaratio justificati, assecutio majoris gradûs gloriæ, invitatio aliorum ad bona opera, qvæ nullô modô remissionis peccatorum, gratiæ, justificationis, salvationis; sed aliorum præ- §. II.
miorum corporalium & spiritualium hujus & futuræ vitæ meritoria dici possunt, ita tamen, ut & in illis præmiis, & in illa ratione meriti & mercedis, respectu graduum & accidentium futuræ gloriæ, non autem ipsius gloriæ, ob solam gratuitam promissionem Dei, neqvaqvàm autem ob intrinsecam comproportionem ad regulam justitiæ divinæ distributivæ sive resp. pacti & promissionis exclusivè, sive inclusivè, illa vocabula usurpentur in Confessionis nostræ Apologia. His, qvæ ad tractationem textûs Apostolici faciunt, generaliter præmissis, ad ipsum textum Apostolicum procedimus.

2. Pars hæc tota est Parenethica, uti docet §. I.
ipsa vox prima sc. παρακαλῶ. Adhortationis illius vehementiam auget, qvod adhortatur per miserationes Dei & qvidem cum articulo

διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ ſ. per miſerationes illas, qvâ qvidem obteſtatione nihil penetrantiùs dici poterat. Notetur ergò vox abſtracta, eademq́; pluralis, & qvidem cum articulo, qvæ omnia ad excellentiam illius miſerationis faciunt, & ſimul talem illationem pariunt: *Qvi ex mera miſeratione, imò per ineffabiles miſerationes ſeu viſcera miſericordiæ nos peccatores gratis, ſuâ gratiâ per redemptionem Jeſu Chriſti juſtificavit, illi qvoqve nos totos in hoſtiam vivam & ſanctam conſecrare debemus,*

§. 2. Atqvi Deus. &c. E. Ità in ipſo ſtatim exordio potentiſſimo argumento utitur Apoſtolus, in vocabulo οἰκτιρμῶν, cui apud Hebræos reſpõdet המון מעים item רחמים: qvod imitatus Syrus expreſſit: רחמוהי ראלהא; & in N. T. σπλάγχα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν item ὁ ἀνεξιχνίαστος πλοῦτος τῆς χάριτος &c. Hac patheticâ præfatione ſuppoſitâ ad renovationem adhortatur Apoſtolus 1. Generaliter, v. 2. 2. Specialiterà v. 1. ad 9. 3. Specialiſſimè à v. 9. cap. 12. usqve ad finem tractationis. In adhortatione generali talis eſt the-

§. 3. ſis Apoſtoli: *Juſtificati debent ſiſtere corpora ſua ſacrificium vivum, ſanctum, Deo beneplacitum, & rationalem cultum*, ſeu τὴν λογικὴν λατρείαν, Hæc ipſa theſis ab Apoſtolo amplicatur v. 2. idq́;, tùm per remotionem: ſc. *Juſtificati, non*

*debent*

*debent se configurare huic seculo*; tum per positionem: sc. *Justificati debent se transformare per renovationem mentis, ad hoc, ut probent, quæ sit, voluntas Dei bona, placita ac perfecta.* Qværitur hic 1. qvid Apostolus intelligat per illam παράστασιν corporum, ὡς θυσίαν ζῶσαν, sc. consecrationem corporum in hostiam viam? Resp. Consecratio illa pertinet ad articulum §. 4.
*renovationis*, & dicit totius hominis, omniumq; facultatum per peccatum corruptarum, resp. *veteris hominis* mortificationem, crucifixionem, eorundemq; perfectam cum norma legis divinæ conformationem, ità ut id, qvod vetus homo concipit, eligit, appetit, menti & voluntati divinæ adversum perfectè destruatur, & totus homo, cum omnibus facultatibus consecretur: planè, sicut hostia erat destructio animalis viventis, qvod mactabatur, & offerebatur in honorem Dei, undè passim ὁλοκάυτωμα, item עלה ליהוה §. 5.
item אשה ליהוה tale sacrificium in scripturis dicitur. Respectus ille sacrificialis evidens est; undè Apostolus tribus illis adjunctis sacrificiis renovationis, satis illum ostendit, sc. in V. T. reqvirebatur 1. *Hostia viva.* 2. *Eademq; pura, perfecta, intaminata.* 3. *à Deo ipso præscripta*, ita ut esset placens Deo: undè non omnes species animalium eran sacrificia-

crificiales: ità corpora justificatorum in renovatione sunt 1. sacrificium vivum seu Spiritu vitæ præditum: sunt 2. Sacrificium purum, qvia omnes justificati jam sunt purificati per sangvinem agni Dei, conf. Act. 15. v. 9. 1. Johan. 1. v. 9. 3. Sacrificium Deo placens: qvia, Deo sacrificium est *Spiritus contribulatus & cor contritum*, conf. Psal. 50. v. 19. Note-
§. 6. tur hinc 1. in N. T. nullum datur sacrificium efficienter propitiatorium, vel expiatorium, qvàm initerabile sacrificium mortis Jesu Christi. Illo, semel (qvod toties inculcat Apostolus, conf. ad Heb. 9. v. 12. c. 10 v. 10.) in cruce consummatô, maledictus sit, qvi aliud sacrificium expiatorium qværit. Ps. 16. v. 4.
§. 7. Hæresis ergò est in sacra Cœnâ vel Missâ sacrificium propriè dictum expiatorium statuere: Contradictio est: *Sacrificium expiatorium sine cæde & sangvine animalis* introducere, qvod faciunt defensores *sacrificij incruenti* in sensu Papistico (neqve enim aliô sensu in Ecclesia veteri recepto & in Apologia Confess. Augustanæ probato, sacrificium materiale, memorativum, repræsentativum, analogicum, *juge & incruentum*, excludimus: qvomodò & sacrificium, qvod hic poscit Apostolus justi-
§. 8. ficatos, est *sacrificium incruentum*). Qvæstio est: *An detur expiatorium incruentum, iterabile in N. T.* id nos negamus, qvia sc. talis sacrificatio

catio iterabilis, impossibilis est in N. T. & pugnat cum ratione formali Novi T. & Sacerdotii novi, qvod reqvirit, non solùm unitatem precii & exclusionem alterius satisfactionis: sed unitatem etiam numericam actûs sacrificandi, conf. ad Hebr. 7. v. 27. 28. cap. 9. v. 7. 12. c. 10. v. 10. 14. Licet autem Cardinalis Perronius vocaverit illud *sacrificium sacrificij applicativum*, qvod velut medium conciliandi Grotio fuit probatum & laudatum, tamen ne illud qvidem convenit, neqve enim ad sacrificium applicandum opus est sacrificio: Deo offertur, non applicatur. Applicatio fit per Sacramentum & per fidem recipientis. Notetur collatio statuûm post & ante justificationem: ante justificationem, est παράσεσις: non nisi ad ἀκαθαρσίαν ἀνομίαν: post justificationem est παράσεσις εἰς ὑσίαν ζῶσαν, conf. cap. 6. v. 6. 12. & seqq. Qvær. 2. an Epithteta illa sacrificii, respectu objecti sacrificialis V. T. habeant se *comparativè an oppositivè*. Resp. diverso resp. affirmando utrumqve: conf. hac de re Comm. Philipp. in hunc ipsum text. Interea *mortificatio & destructio* tàm est in hoc sacrificio, qvàm illo brutorum sacrificio: & sic mortificationis hujus diversa est ratio. Conf. text. 1 Pet. 2, 5. Qv. 3. qvid Apostolo sit ἡ λογικὴ λατρεία? Lutherus, Der §. 9. §. 10. §. 11.

vernunfftige Gottesdienst. An cultus rationalis cultus Philosophicus, *qui fundatur in rectâ ratione*, qvæ etiam post lapsum supereſt, reſpectu *objecti*, *tùm ſpeculativi*, *tùm practici*: qvin per diſcurſum ſub lumine naturali, devenire poſſunt ſinguli adulti ad gratiam communem ex prædicatione vel lectione Verbi Divini conſeqvendam, usqve adeò, ut ſi inqviſitionem illam neglexerint, præter originale peccatum, etiam hoc Actuale, & evitabile vitium infidelitatis Deus in eis reperiat, qvare eos præterierit, ſeu *non ad vitam deſtinaverit*,

§. 12. Rom. 1. v. 20. 21. It: c. 2. v. 4. 5. An *cultus rationalis objectivè?* planè uti cultus leviticus, *cultus brutus*, qvippe in qvo bruta ἄλογα, aliaq; ſenſûs etiam expertia offerebantur. Beza, *Cultus*, inqvit, *rationalis eſt ſpiritualis, in qvo ſe ipſum homo Deo ſpiritualiter conſecrat*, adducit idem textum 1. Pet. 2. v. 5. Philippus

§. 13. ita conſtruit: ut verba illa habeant rationem prædicati, hoc ſenſu: *Corpora juſtificatorum, qvando ſiſtuntur Deo in ſacrificium vivum, ſanctum, acceptabile, ſunt cultus rationalis*, i. e. *non*

§. 14. *brutalis*. An v. *Cultus rationalis, eſt is, qvi in ratione ac mente ſitus eſt, qvi dicitur rationalis ſeu ſpiritualis, ad differentiam cultûs externi atq; corporalis Judaici, conſiſtentis in hoſtiarum carnalium mactatione, ita, ut vox illa ſit modificatio actus ſacrificialis?* Vulgatus *rationabile obſeqvium* reddidit,

didit, qvem ex usu vocabulorum Ecclesiasticorum, & Canone Missæ excusat Estius: Cæterùm versio illa multis Patribus imposuit, qvi ex hoc textu *sacrificium Eucharisticum* probare voluerunt. Nulla ex his nobis probatur textûs præsentis expositio, multò minus autem illa Aqvinatis, Cajetani, Lyrani, qvi decepti eadem versione exposuerunt hoc sensu, ut *rationabile obsequium* sit cultus, cum moderatione institutus, ne e. c. qvis immoderatis *jejuniis, orationibus, vigiliis, corpori aut sensibus nocumentum affert*. Haimo etiam torqvet sese, distingvendo inter *cultum Religionis irrationabilem* (in V. sc. Test.) & *rationabilem* in N. T. at talis λογικὴ λατρεία & sacrificium, qvale hic præscribitur, omnium fuit temporum: qvod, si cultus *rationabilis dicatur, qvi congruit rationi regenitæ* (corrupta enim nullam agnoscit veram λατρείαν veri Dei) tàm *cultus sacrificialis N. T.* λογικὸς vel rationabilis dici poterat qvam N. T. De cœtero Sacrificia V. T. Typica fuisse, sacrificii illius, qvod qvotidiè in Ecclesia pro salute fidelium offertur, uti hic addit Haimo, jam suprà est explosum. §. 15. §. 16. §. 17. §. 18.

Placet nobis metaphrasis Syriaca, qvæ expressit per תְּשַׁמְּשְׁתָּא מְרִילְתָּא id est, *per ministerium seu cultum in verbo divino scriptum*, seu talem, qvalem Deus in verbo imperat: qvæ inter-

interpretatio & textui, & famosiori vocis abstractæ in usu Biblico acceptioni convenit.

§. 1. 3. Qværitur 4. Qvid intelligat Apostolus per illud μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ item qvid intelligatur per illam metamorphosin, qva jubet transformare se per renovationem mentis? Resp. Schema in Scripturis non est nisi vel Christi vel mundi. Schema autem mundi aliqv. est Schema Diaboli. Qvic qvid in hoc mundo *splendidum, superbum, concupiscentia carnis, luxuria*, totusq; *vetus homo regnans* ad schema Mundi pertinet, ubi tamen distinctio est objectorum: paulò enim aliter sumitur schema Mundi 1. Cor. 7. v. 31. qvàm ad schema Mundi pertinent illa, qvæ recenset Joh 1. Ep. c. 2. v. 16. Uterqve tamen textus habet schema transitorium & desitorium, vid. v. 17. Schema Christi in usu Biblico

§. 2. est *forma servi* in statu exinanitionis: Et status *in forma Dei*, à tempore superexaltationis. Christus schemate inventus est, ut homo *servus, infirmus, ut corpus nostrum humile acciperet in altera vita schema corporis glorificati* Christi,

§. 3. conf. ad Philipp. 2, 7 & c. 3, 21. Omnes ergò justificati in hac vitâ, debent induere schema Christi (non schema mundi) debent tollere crucem suam & seqvi Christum, ut *in altera vita induant schema Christi glorioſum*. Metamorphoſew;

phoseως autem vocabulum non reperitur in Scripturis, nisi 1. *de transfiguratione Christi gloriosa.* Matth. 17, 2. 2. *De transformatione hominis justificati gratiosa per renovationem, & gloriosa.* 2. Cor. 3. v. ult. conf. ad Gal. 4, 19. Rectè Haimo: *Per seculum*, inqvit, *intelligere debemus* §. 4. *non præsentem vitam: sed homines per carnalem conversationem seculo deditos:* idem, *per studium*, inqvit, *lectionis & meditationis V. & N. Testamenti, reformamur in novitate sensûs nostri, dum sc. proficimus, & magis ac magis in sapientia crescimus, ea de Deo intelligendo, qvæ antea ignorabamus*, item: *dum proficit in nobis opus bonum. Idem Haimo, ad verba*, qvæ seqvuntur: *Ut probetis, qvæ sit voluntas Dei*, hæc notavit: *Sensus* §. 5. *est*, inqvit, *ut sacras Scripturas sedulò legatis, & ità inveniatis, qvæ sit voluntas Dei, id est, qvid Deo placeat, qvidve displiceat, vel qvomodo voluntas ejus impleri possit.* Solet aliàs Papismus à lectione Scripturarum Laicos excludere, imò editiones vernaculas, & lectionem in vernacula, planè prohibere: alitèr sensit Haimo, qvando superiora scripsit. Abutuntur iidem §. 6. hoc loco, qvandò ex eo probant suam justificationem. Cœterùm textus hic non agit de justificandis, sed jam justificatis: Et tota hæc Metamorphosis pertinet ad articulum renovationis: potiùs ergò ex hoc textu justificatio Papistica, medica magis & Physica, qvàm Theologica

ologica impugnatur. Si enim post justificationem adhuc est μορφὴ peccaminosa, seu vetus homo inhabitans. Ergò justificatio non habet se expulsivè, infusivè, ita ut justitia, qvà coràm Deo justi sumus, sit inhærens ex infusi-
§. 7. one. Finis illius metamorphoseως ponitur in proba voluntatis divinæ, qvæ voluntas Dei dicitur 1. *bona*, 2. *placens*, 3. *perfecta*, ubi respectum sacrificialem, articulum item energeticum & discretivum, copulæ item, antè vocem *boni*, supplementum urget Beza. Haimo autem tria illa refert ad tres virtutes Theologicas. *Bona*, inqvit, *est in fide, beneplacens in spe futurorum bonorum spes perfecta in charitate*, i. e. *in dilectione Dei & proximi*. Addit idem aliam explicationem: *Bona Dei voluntas est in conjugatis, beneplacens in viduis, perfecta in virginibus. Hi tres ordines si secundum voluntatem Dei & virtutum tramitem processerint, præmiis voluntatis*
§. 8. *Dei donabuntur*. Erasmus aliter legit, ac si in Græco esset τὸ τὸ ἀγαθὸν, qvod bonum: sicut præcessit, τὸ τὸ θέλημα, qvæ voluntas; sed illud τὸ, nec Græcus habet, nec Syrus. Erravit qvoqve Petrus Lombardus, explicans hunc textum, *de absoluta voluntate beneplaciti, cui opponatur voluntas præceptiva, seu voluntas signi*. Vid.
§. 9. ille l. 1. sentent. distinct. 45. Contrà ex hoc textu voluntas præceptiva probatur, eademq;

voluntas

voluntas beneplaciti, qvia talis expressè dicitur. Repugnat ergò Apostolo, qvod Scholastici voluntatem beneplaciti opponunt voluntati præceptivæ signi. Qvid sit Apostolo voluntas Dei vid. Joh. 4, 34. 1. Thess. 4, 3. c. 5. v. 18. 1. Pet. 2, 15. c. 3, 17.

4. Specialiter Apostolus ostendit exemplum renovationis, aureâ instructione, de donis seu charismatis, *non ad inanem insolentiam, & ostentationem: sed ad communem usum adhibendis* à v. 3. idq; tàm *absolutè*, conf. v. 3. & sanctissimum qvod in illo est *morale Theologicum*, tàm *comparativè*, v. 4. & 5. tàm *distributivè*, v. 6. & 7. Medius ergò terminus est *unio Mystica*, qvâ sc. omnes sancti sunt *unum corpus in Christo ut Caput*, singuli autem *inter se* comparati, *membra sunt*. Sicut ergò in corpore naturali §. 1. §. 2. datur & pluralitas & varietas & inæqvalitas membrorum & operationum, neqve tamen tollitur concordia tùm membrorum inter se, tùm, ut sunt in unitate corporis: ita qvoqve se habent Christiani membra corporis Mystici, etsi variis charismatis discreti, qvippe qvæ non debent esse superbiæ incitamentum, sed charitatis & unionis firmamentum. Qvær. 1. §. 3. qvem gratiam intelligat Apostolus in v. 3. Resp. Authoritatis Apostolicæ, qvæ tamen non fuit sine gratiâ, gratum faciente; Qv. 2. Qvæ sit vis illius regulæ, qvæ est v. 3? Resp.

Errant

Errant qvi ex illa probare volunt *moderatam qvandam arrogantiam & licitam φιλαυτίαν.*

§. 4. Contrà Apostolus præcipit *moderatam & temperatam sui æstimationem.* Qvær. 3. qvid intelligatur per per *Prophetiam fidei analogam.* Resp.

§. 5. Donum interpretandi & exponendi Scripturas, non exclusô *extraordinario & temporario dono, revelationis secretioris:* qvalis interpretatio, etiam Prophetarum, probanda *erat ad sanam doctrinam Christi,* conf. 1. Thess 5. v. 19. 2. Pet. 1. v. ult.

§. 1. 7. Specialissimè de renovatione agit à v. 9. & qvidem à v. 9 ad finem capitis, agit de *charitate exercita,* per *viginti aureas regulas vitæ,* qvas ordine subjungit. Qv. hic 1. qvid intelligatur voce *Spiritus* in v. 11. ubi regula est: *Estote*

§. 2. *ferventes Spiritu.* R. Ille *Spiritus* hîc notatur, qvi est ipsorum renatorum; cujus causa est *Spir. Sanctus,* faciens mentes, lingvas & actiones sanctorum igneas, ut toti ardeant amore Christi & proximi, & flammas loqvantur, e. c. Apostoli in prima solemnitate Pentecostali & Spiritus Mariæ exultans in Deo salutari suo. Sic Apollo Act. 19, 25 Conf. etiam 2. Cor. 11, 29. Qv. 2. An in v. 11. sit legendum: *Domino servientes:* an? *tempori servientes?* R. Græci Codices

§. 3. variant: Qvidam habent τῷ κυρίῳ: qvidam habent τῷ καιρῷ: Lutherus noster posteriùs secutus,

secutus, reddidit: Schicket euch in die Zeit: Lectio tamen prior est vetusta, ipsi qvoq; Syro probata, qvi reddidit: הויתון פלחין למרכון id est, *estote colentes Dominum vestrum.* Variatio jam notata est à *Ruffino & Hieronymo.* Malè autem exindè probatur *corruptio Codicis Græci N.T.* neq; enim desunt Græci Codices, qvi legunt: *Domino servientes:* & fatetur ipse Estius, §. 4. lectionem illam, qvam secutus est noster Lutherus, sententiam habere, nec putidam, nec Apostolo indignam, MODO CHRISTIANE EXPONATUR. Qvær. 3. Qvid sit in v. 16. τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες? Resp. Idem est, qvod §. 5. ὁμοφρονοῦντες, sensus facilis: sed à Vulgato corruptus, qvem rectè hîc notavit Beza; sed & ipse Haimo: *Hic sermo,* inqvit. *apertius habetur in Græco. Est autem sensus: Sic sentite de alio, sicut de vobis, id est, sicut vobis bona optatis, sic & aliis, & sicut vos ipsos diligitis, sic & alios diligite:* Qvi idem Haimo ad regulam Apostolicam, de gaudendo cum gaudentibus, & flendo cum flentibus, gravitèr hæc notavit: *Non præcipit gaudere cum his, qvi gaudent de transitoriis* §. 6. *& caducis rebus: sed cum his, qvi gaudent, qvod nomina eorum scripta sunt in cœlis, & lacrymas conjungere, cum his qvi sua, aut proximorum deflent peccata. Neqve enim qvibuscunqve gaudiis Christianorum gaudia socianda sunt, nec qvibus-*

*cunq; fletibus lacrymæ jungendæ sunt.* Qvær. 4. Qvid sit in regula *de non vindicando*, illud: *date locum iræ?* Resp. ex textu seqventi constat, non iram *hominis*, sive lædentis, sive læsi: sed *solius Dei* intelligi. Damus locum iræ, cum privatas injurias nulla reciprocatione & acerbitate exeqvimur: sed omnia Deo ultori & rependenti committimus. Qvi sc: ulciscitur injuriam, lædit Majestatem Dei, præventurus illum, qvi dixit; Meum est ulcisci, ego rependam.

§. 7. Qv. 5. Qvid sit illud, *Coacervare carbones ignis in caput inimici?* Resp. 1. Carbones ignis sunt carbones igniti, candentes: 2. Eadem phrasi in Salomone declaratur *ardens ira Dei imminens capiti illius, qvi nulla benignitate provocari potest ad diligendum proximum.* At contrario sensu expressit Hieronymus, qvem seqvitur Haimo, qvi per carbones ignis intelligit *fervorem charitatis Dei & proximi.* Sensus est: *Benefaciendum esse inimico simpliciter, idq; ex charitate, non intentione cumulandæ illi apud Deum vindictæ: qvod si tamen inimicus in malitia perseveret, eum non evasurum rigorosam Dei ultionem: sed futurum, ut sic graviores etiam in judicio Dei pœnas luat, qvod nec tot beneficiis affectus ab odio & nocendi voluntate desistere voluerit.* Notetur ergò 1. *Carbones ignis*, nuspiam leguntur charitativi vel pœnitentiales, sed semper sunt pœnales & suppliciales: Idemq; 2. magis convenit

venit cum Regula præcedenti, de injuriis deponendis apud Deum, & vindicta injuriarum Deo relinqvenda, conf. textus Prov. 25, 20. 21. unde hunc textum desumpsit Apostolus, item, qvid per prunas intelligatur, vid. Psal. 18. v. 9. Psal. 140. v. 11. Proverb. 6. v. 28.

6. Post succinctas Regulas vitæ, qvædam Præcepta specialiùs & ampliùs explicat Apostolus, qvæ inter est præceptum primum de obediendo Magistratui, de qvo agit c. 13. à v. 1. ad v. 8. Not. hîc 1. ipsa propositio imperativa, qvæ est in v. 1. *Omnis anima, potestatibus supereminentibus subjecta esto.* Ratio prima est in v. 1. Origo Magistratus divina, unde fluit ratio secunda in v. 2. talis sc. *resistens Magistratui, resistit divinæ ordinationi: At resistens Dei ordinationi gravem judicium experietur.* Inseritur hic objectio, de *Principibus metuendis*, qvod sc. *cum metuendi sint, & terribiles, difficile sit illis parere affectu expromto.* Resp. Apostolus v. 3. *Sunt qvidem metus: sed non nisi malis operibus, & malè operantibus; uti contrà laus sunt bonis & operibus & operantibus.* Probat illud v. 4. *à Diaconia divina, & gladio dato Magistratui.* Ratio 3. Apostoli est à necessitate v. 5. Duplex autem illius necessitatis est fundamentum: 1. *Ira.* 2. *Conscientia.* Nec propter illam solùm, sed & hanc obtemperandum est Magistratui. Ratio 4. est in v. 6. à tributo, signo subjectionis: Undè §. 1. §. 2.

Apostolus μείζονα deducit in v. 7. ibidemq; præceptum hoc speciale concludit. *Ergò reddendum est omnibus, quod debetur; & in specie dandum est Magistratibus tributum, vectigal, timor, honor.* Præceptum secundùm hujus capitis est de *charitatis debito.* Nexus cum superiori idem est, qvod charitas sit fons omnis officii Christiani, & adeò illius qvoq; subjectionis, & honoris, qvi debetur Magistratui.

§. 3. Dum ergò v. 7. omne debitum unicuiqve reddendum esse, Apostolus ponit, unum debitum excipit, qvod *& semper redditur, & semper debetur*, illud autem est CHARITAS. Notetur ergò circa hunc textum charitatis 1. *ipsa specialis Propositio*, qvæ est in v. 8 sc. *Christiani nihil qvicqvam alter alteri debento, nisi hoc unum, ut se mutuo diligant, & adeò Christiani semper sunt obstricti ære alieno charitatis.* Ratio 1. est in v. 9. sc. *Charitas est impletio legis, qvod probat* 1. Inductione præcepti sexti, 5ti, 7. 8 9. Undè ar-

§. 4. gumentum: *Si præceptorum secundæ tabulæ omnium summarium est lex de dilectione proximi, ita, ut omnia illa in hac lege contineantur, E. qvi diligit proximum, implevit legem, & id fecit*, qvod postulat secunda legis tabula: sed verum est prius, E. & post. Probat 2. à charitatis proprietate in v. 12 *Charitas* sc *proximum non afficit malo*, unde Apostolus concludit ib. *E. Charitas est completio legis*, seu *ipsa præstatio legis*, etsi

non

non in rigore legali perfecta, tamen vera & summaria, ut frustra de perfecta legis observatione ex hoc textu nugentur Pontificii. Ratio 2. est tempus N T qvod vocat tempus diei, §. 5.
*in qvo salus nostra dicitur propinqva*, cui opponitur tempus V. T. qvod noctem vocat, & in qvo salus nostra *saltem fuerit credenda*, qvod argumentum Apost. tractat v. 11. & exinde deducit conclusiones *de depositione operum tenebrarum, de inditione armorum lucis, de ambulatione honesta & lucida*, in tempore Evangelico: *de induendo Dominum Jesum Christum*, & temperanda cura carnis, v. 12. 13. 14. Illud καὶ τοῦτο §. 6.
non ad verbum seqvens: sed ad v. 8. & præceptum de charitate referendum esse, ita, ut qvæ intercedunt v. 9. & 10. sint parenthetica, item, illum καιρὸν in v. 11. esse tempus Evangelicum, seu diem revelatæ jam salutis & cornu salutis Jesu Christi (qvod tempus ab oportunitate καιρὸν vocat, conf. sup. c. 5, 6. & 2. Cor. 6. v. 3. Beza per opportunitatem reddidit) illud §. 7.
item νυὼ notare diem Evangelicum, cui opponitur τὸ πάλαι ὅτε ἐπιστεύσαμεν, qvæ periphrasis est V. T. ubi credebant sancti in salutem futuram, seu in Christum τὴν σωτηρίαν, conf. Joh. 4, 22. Act. 13, 47. eundemq; Σωτηρίον τοῦ Θεοῦ Luc. 2, 30. c. 3. v. 6. & cornu salutis, Luc. 1, 69. in cujus nomine tantùm est salus

Act. 4, 12. & per qvem parta est salus illa ab hostibus nostris Luc. 1, 71. Luc. 19. 9. Act. 13, 26.

§. 8. Porrò tempus V. T. habuisse se instar noctis: N. T. instar Diei, conf. 2. Cor. 6, 2, 3. Ibi Judæos sub ceremoniis & umbris legalibus; gentiles autem plane in umbra mortis positos: At in N. T. per lumen magnum prædicatum inter gentes, omnes in luce positos, facile ex textu intelligitur. Atqvi ita se habet summarium c. 13.

§. 9. Qv. hic 1. An pars prima hujus cap. de *Magistratu* tantùm pertineat ad *Magistratus Ethnicos*, pars autem altera à v. 8. *ad Christianos?* Resp. Negando contra Erasmum, malum hic Interpretem Ambrosii. Obedientia, qvæ præscribitur, ut debita Magistratui, à v. 1. ad 7. debetur qvoqve Magistratui Christiano: & Charitas illa, ex qva fluere debet obœdientia, debetur qvoqve Magistratui Ethnico. Qvær. 2. An subjectum illud: *Omnis anima* sit emphaticum, ita, ut dicat

§. 10. ipsâ animâ subditos subjectos esse Magistratui? Resp. Tumultuatus qvondam est Embserus de neglecta à Luthero hac emphatica subjecti modificatione, qvod sc. reddiderit: Jedermann sey unterthan der Obrigkeit / die Gewalt über ihn hat / probaturus exinde, subditorum animos obligatos esse ad fidem illam, qvam præcipit Magistratus: idem Luthetum notavit, qvod reddiderit paulò post: Die Gewalt aber / die allenthalben ist / ist von GOtt verordnet / unde subsumit Embserus, E, & potestas Pontificalis & Clericalis Papistica

est à Deo: sed & notavit 3. à Luthero omissam esse partem v. 4. qvod Magistratus sit Diaconus Dei in bonum. Cæterum nec vox illa assenthal- §.11.
ben est in versione Germana Lutheri: & illa particula hodiè expresse reperitur: ubi autem scripsit Lutherus? *Subditos non esse obligatos Magistratui, veram Religionem præcipienti:* Pontificis autem & Clericorum omnium anima à Paulo hic Magistratui Politico subjicitur, salvâ tamen exceptione illâ Petri, Act 5, 29. Chrysostomus agnoscit *non seculares saltem: sed & omnes Sacerdotes & Monachos hoc generali subjecto omnis animæ contineri.* Qv. 3. An Magistratus infidelis §.12.
tàm sit Dei ordinatio, qvàm fidelis? R. In sensu divisò affirmando. Probamus ex v. 1. 2. qvi loqvuntur de Magistratu, etiam, prout erat illo tempore, qvi certè erat infidelis: Vnde subditi ex infidelibus facti fideles obligati fuerunt ex ordinatione Dei ad subjectionem, e. c. Neroni præstandam, in illis, qvæ Reip. forma reqvirebar, tàm post: qvàm ante fidem susceptam. Textus hic Apostoli agit de *Magistratu in abstracto* §.13.
considerato, sive fideli, sive infideli. Qvær. 4. An Principibus tribuatur cura Religionis? Resp affirmando? idq; triplici respectu 1. qvatenùs sunt *Principes Dei Ministri in laudem bonorum operum positi:* tùm 2. qvatenùs sunt *Principes orthodoxi*, tùm 3. qvatenùs sunt in tertiâ parte *Hierarchiæ* audltores & Laici primarii. Qvær. 5.

*An potestas Magistratûs sit absoluta? an limitata?*

§. R. Affirmando utrumqve: illud, objectivè, qvia
14 includitur σῶμα ψυχῆ: hoc respectu intensio-
nis & modi, qvi limitatur tum lege divinâ,
tùm qvam præscribit ipsa Respubl. Qvær. 6.
*An leges latæ à Magistratu obligent in conscientia?*
§. R. Distingvendo 1. aut legum illarum objecta divi-
15 no jure, nec qvoad præceptum, nec qvoad inter-
dictum sunt expressa, & sic affirmatur qvæstio. Pro-
batur ex c. 13, 5. *necesse est subjici, non solùm propter*
*iram: sed etiam propter conscientiam.* Peccat ergò
contrà conscientiam, qvi vel cum proæresi tales
leges violat, vel per negligentiam moraliter evi-
§. tabilem illas negligit. 2. Si genus legis à Magistra-
16 tu latæ divina lege sit vel præceptum, vel interdi-
ctum, non item species: subditi est, seqvi judicium
Magistratûs, nec potest suspendere obedientiam,
contrà mandatum Magistratûs; sed etiam hic valet
Imperativa Apostolica: *Omnis anima potestatibus*
*supereminentibus esto subjecta*, & potest talis obedi-
entia stare cum fide, nec adeò dictum ad Rom. 14.
§. v. ult. hic est applicabile. Qvær. 7. *An jure divino*
17 *etiam Clerici obligentur ad tributa danda Magistra-*
*tui?* R. Affirm. ex v. 6. & 7. qvi non excludunt Cle-
ricos. Qv. 8. *An inflictiva pœnarum capitalium Ma-*
*gistratui competat de jure divino?* R. ex v. 4. Magi-
§. stratus non frustrà gladium gerit. Qv. 9. An in hoc
18 jure gladii simul intelligendum sit *jus bellorum seu*
*publica vindicatio injuriarum vel damnorum?* R. Aff.

Bella

Bella pertinent ad *pœnas publicas*, & exercentur per gladium, adversus illos, qvi faciunt, qvod est malum: neq; verò ex hoc jure gladii competit *jus belli* inferiorib. in superiorem, membris in caput, sed superioribus adversus vel æqvalem, vel inferiorem. Alia ratio est subditorum ex parte, & cum reservatione certæ potestatis, in qva superiorem aut vindicem non habent, & adeò illo respectu nec bellum gerunt cum Magistratu, qvi in tantum Magistratus non est. Qv. 10. An in v. 1. talis sit distinctio, *qvæ sunt potestates à Deo, sunt ordinatæ?* R. Neg. illud à Deo pertinet ad prædicatum, sensus E. est: Omnes veri Principes ac Magistratus sunt à Deo ordinati atq; instituti: Atq; adeo, qvod paulò ante dixerat abstractivè, nunc dicit concretivè, ne qvis e. c. distingvat inter potestatem, & ipsam personam, & dicat se venerari potestatem Neronis, sed non Neronem. Qv. 11. *An v. 8. sit reddendum. Debete; an, debetis?* R. Aff. prius contrà Erasmum Qv. 12. An idem intelligatur in v. 8. per τὸν ἕτερον, qvi v. 9. per τὸν πλησίον? R. Aff. Nullus hic homo excipitur: Si unus exciperetur, non peccaret contra legem diligendi proximi, qvi rem ejus furaretur, aut eum occideret, aut falsum testimonium adversus eum diceret: *alter* ergò hic idem est. qvi *proximus*. Qv. 13. Qvalis sit *impletio legis* in v. 8. §. & 10? R. Formaliter tabulæ secundæ, uti rectè notatum à Cajetano, materialiter, utriusq;: qvia dilectio proximi, supponit dilectionem Dei. Atqve §. 19 §. 20 §. 21 §. 22

adeo illud maximum & primum mandatum Matt. 22, 28. R. 2. Concedimus & in justificatis in summo rigore perfectam esse impletionem legis: & justificatum qvoq; in articulo renovationis totam legem facere, licet non faciat, nec facere possit in rigorosa perfectione legali, propter carnem, qva adhuc servit legi peccati. Interim in omni justificato est charitas ex puro corde, ex bo-
§. na conscientia & fide non simulata. Qv. 14. Qvo-
23. modo Apostolus jubeat jam justificatos *induere Jesum Christum in v. ult?* R. Duplex datur *induitio Christi*, una in articulo justificationis, altera in articulo renovationis, qvæ posterior induitio ita se habet, sicut *induitio armorum lucis* in v. 12. Conf. de illa ad Gal. c. 3, 26. Qv. 15. An illud de *propiore salute* dicatur respectu vitæ æternæ? ita Haimo παραφράζει, *Vita*, inqvit, *æterna*, *qvam soli electi cum Angelis possessuri sunt*, *propior est nunc nobis*, *qvam eo tempore*, *qvando credidimus*, ita & Chrys. ut sit hic sensus Salus futuræ gloriæ nunc nobis est vicinior, qvàm tunc erat, qvandò primum credere cœpimus. Subordinatur facilè hic sensus respectu vocabuli salutis superiori, vid. suprà.

§. 7. Præceptum tertium speciale est in cap. 14. de
1. non offendendo vel scandalizando per usum indifferentium illo, qvi etiamnum est infirmus in fide. Specialis propositio est in v. 1. respectu actûs signati, & formaliter, in v. autem 2. & 3. exemplariter, respectu sc. ciborum interdicti obligantis sub

T. V. Sum-

T. V. Summa ergò propositionis est: *In indifferentibus, ille, qvi est firmior in fide, suscipiat infirmiorem*, E. c. ille, qvi ex libertate Evangelica scit se non obligari ad discrimina ciborum, illum qvi observat, & abstinet á certis carnibus, tanqvam Christianæ libertatis ignarum. Notamus hic de indifferentibus 1. *Qvæcunq; jure divino sive expressè, sivè virtualiter & consequentèr sunt sive præcepta sive interdicta, non sunt adiaphora*, atqve adeò in illis agendum est juxta jus divinum sine respectu scandali. E. c. Communio sub utraq; specie. 2. *Qvæ sunt juris merè humani, non obligant, nec adeò qværendum an ab illis liceat recedere, in qvibus non datur casus necessitatis.* E. c. Cœlibatus, non vesci certis carnibus, 3. *Qvædam libera qvidem sunt secundùm circumstantiam, at obligant secundum substantiam*, E. c. docere Evangelium, administrare Sacramenta, decorum Ecclesiasticum. 4. *Etiam libera secundum circumstantiam, si observentur per totam Ecclesiam, libertate Christianá non obstante, licitè servantur*, huc pertinent anniversariæ solemnitates incarnationis, passionis. &c. 5. *A puris indifferentibus*, §. *si obtrudantur ut ad salutem necessaria, sine respectu scandali liberè est recedendum, & contrarium agendum.* Atqvi huc pertinet erratum Petri in Epistola ad Gal. 2, 11. 12. 6. *Apud infirmos, qvi erudiri possunt, agendum est ex charitate, sive contra, sive juxta traditionem adiaphororum:* Atqvi ad hanc regulam pertinet præsens caput. Seqvuntur rationes Apostoli E. c. Ratio prima est in v. 3. in vocibus: *Deus*

§. 1.
§. 2.
§. 3.
§. 4.
§. 5.
§. 6.

§. 7. *illum* (fratrem sc. in fide infirmum) *assumpsit* (sc. per justificationem & adoptionem in filium) E. *multò magis tu, qui frater es* (infirmitatibus *æquè obnoxius*) *debes assumere* (per tolerantiam sc. infirmitatum) *fratrem infirmum.* Notetur in hoc argu-

§. 8. mento gemina illatio: una *à Minori ad Majus*, quæ est in subjecto: altera *à Majori ad Minus*, quæ est in assumptionis modo. Notetur 2. vocabulum assumendi in themate v. 1. & in hac ratione v. 3. Ratio secunda est in v. 4. sc. *de non judicando alieno domestico: quia Christianus stat & cadit suo Domino*, conf. v. 4. Ratio 3. est, à stabilitione fratris infirmi, ubi infirmitati illi opponitur potentia Dei v. 4. Addit hic Apostolus exempl. 2. de discrimine dierum, qva occasione ponit regulam generalem in praxi indifferentium: ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοὶ, πληροφορείσθω. Summa est: *in indifferentibus, utrumq; extremum est liberum, & non peccat, qui*

§. 9. *agit alterutrum, modò qui agit, certus sit, id esse adiaphorum, & Deo id non displicere, nec se adeò contrà conscientiam agere.* Prohibetur igitur hic maximè *conscientia scrupulosa & erronea*, illa inprimis, qvæ est de errore per se invincibili, & re per se mediâ. Si n. error sit vincibilis, & res per se mala, sive qvis juxta, sive contra eam conscientiam agat, omninò peccat; At si sit de re media, & error ipse invincibilis, non peccat, qvi agit juxta conscientiam, sed qvi contra. Ratio 5. in v. 7. *qvia sc. omnes & vivunt Domino & moriuntur Domino.* E. qvoqve omnes obnoxii sunt, illius Dei judicio,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730111091/phys_0400
DFG

v. 8. 9. Ratio 6. Est *à judicio extremo & apparentia universali coram Jesu Christi tribunali*, Argumentum hic est geminum, unum: *Judicare est actus Majestaticus Jesu Christi.* E. *non est actus proximi.* 2. Si omnes tàm firmi, qvàm infirmi in fide, sunt *sistendi coram uno judice, & uno tribunali.* E. non debet frater fratrem judicare, vel alter alterum contemnere. Utrumqve enim vetat Apostolus v. 10. sc. tàm κρίνειν, qvàm ἐξουθενεῖν τὸν ἀδελφόν. Minorem, & adeò *tribunal illud Oecumenicum omnium & singulorum Individuorum* probat Apostolus v. 11. ex testimonio Esaiæ c. 45, 23. ubi est juramentum Messiæ Oratoris (uti constat ex vers. præced.) ubi pro *signo juramenti*, qvod in fontibus est: חי נשבעתי Apostolus expressit: Vivo ego. Lutherus noster, So wahr als ich lebe/ spricht der HErr. Jurat autem Christus *futurum universalem omnium genuum flexionem & omnis linguæ confessionem*, qvæ omnia plenissime apparebunt in judicio illo novissimo. Concludit Apostolus in v. 13. ergò Judicium illud Adiaphoristicum est intermittendum: Vel, *id est judicandum ut non detur fratri infirmo scandalum.* Diluit hac occasione objectionem, qvæ talis erat: *Si per se nihil est impurum, Ergò res licita est edere qvemcunqve cibum*, R. Apostolus 1. concedendo sc. *per se nihil esse impurum*: sed saltem *ex imaginatione reputantis.* R. 2. Limitando v. 15. *Licet cibus per se non sit impurus, tamen ita fruendum cibo ut postulat charitas, ne vel propter escam frater infirmus tristitiâ afficiatur.* R. 3 Peri-

§. 10.

§. 11.

§. 12.

§. 13.

culum rei naturâ indifferentis per Accidens, inculcando, idq; duplex, unum v. 15. exitium sc. *aeternum fratris infirmi possibile*, alterum v. 16. qvia *per talem intempestivum usum blasphematur bonum Christianorum.* Qvale autem illud bonum sit, ex-
§. 14 plicat in v. 17. & 18. idq; tàm negativè; sc. non est cibus & potus, qvàm positivè, qvia sc. illud est 1. *Justitia.* 2. *Pax.* 3. *Gaudium in Spiritu S.* qvæ succincta est Regni Dei descriptio. Concludit inde Apostolus: *Christo non serviri cibo & potu: sed justitiâ, pace & gaudio.* 2. *Illa ergò esse sectanda, qvæ ad pacem faciunt, & qvæ ad mutuam ædificationem; neqve cibi causâ destruendum opus Domini* 3. *Omnia qvidem esse munda: sed ita utendum mundis, ne infirmus frater offendatur; & in hoc casu melius esse, ut qvis non edat carnes, nec bibat vinum* v. 20. & 21. Objici poterat à Christiano in Adiaphoris magis confirmato, *se ex fide nullius profani*, uti Evangelica libertate; Resp. Apostolus: distingvendo *inter fidem, ut habitam internè in conspectu Dei, & eandem ut exercitam in respectu proximi:* Fidem talem
§. non tollit charitas v. 22. Additur geminum axio-
15. ma Theologicum, cujus usus circa materiam Adiaphororum. Primum est: *Beatus, qvi non damnat se ipsum, in eo qvod approbat.* 2. Qvi in Adiaphoris id agit, de cujus jure dubitat, condemnat seipsum; *qvia non agit ex fide: qvicqvid autem sine fide fit, peccatum est*, qvod dictum pro objecto hic habet *actiones indifferentes, lege divinâ nec præceptas nec interdictas.*

8. Uti

8. Uti in cap. 14. fuit præceptum Apostolicum *de tractandis infirmis in fide:* ita cap. 15. sequitur *præceptum de tractandis infirmis in vita:* estq; argumentum huic parallelum ad Gal. c. 6. à v. 1. adusqve v. 6. Notetur hic iterum 1. ipsa propositio, qvæ est in v. 1. *Christiani firmiores tolerare debent seu patienter ferre Christianorum infirmiorum seu impotentiorũ infirmitates, & id agere, ut non tàm sibi, qvàm proximo placeant ad ædificationẽ ipsius.* v. 2. Argumentum argumentorum ponitur exempl. Christi in v. 3. ubi argumentum tale: *Si Christus ipse, non sibi placuit, sed exutà qvasi gloriâ cœlesti, propter miseros homines assumpsit formam* servi, & non saltem infirmitates: sed *& omnes blasphemias & atrocia hominum peccata,* & propter illa iram divinam & mortem æternam *in se sustinuit, multò magis nos, fratrũm impotentiorum qvasdam infirmitates tolerare debemus, nec nobis placendo proximum contemnere.* Sed verum est prius. E. & post. Minorem probat ex Psal. 69, 10. Major. probat à fine Scripturæ generali, qvi est *nostra informatio,* ut sc. *per tolerantiam & consolationem Scripturarum spem æternæ vitæ habeamus:* Qvâ occasione in v. 5. & 6. interponit votum humilis & reciprocæ affectionis secundùm Christum Jesum: Qvod votum pertinet ad consequentiam Majoris. Qværi enim poterat, *An valeat consequentia à Christo ad Christianos?* R. Apostolus, omninò: *Christiani ita debent inter se esse affecti, ut Christus Jesus:* cumq; talis affectio, non sit virtutis naturalis, proinde il-

§. 1. §. 2. §. 3.

lam Apostolus precatur Romanis *à Deo*, à qvo est talis seqvela affectûs Christi. Ita probatâ Majori, redit in v.7. ad propositionem Min. docens distinctè, qvomodo Christus susceperit 1. Judæos, per specialem sc. & personalem Diaconiam *ad confirmandas promissiones Patribus factas.* v. 7. & 8. 2. §. 2. Qvomodo Christus susceperit gentes per amplitudinem sc. misericordiæ divinæ: ut ita *tàm Judæorum qvàm Gentium* conversio soli Dei gratiæ sit accepta ferenda, v. 9. qvâ ratione pro vocatione gentium ad regnum Christi adducit qvatuor illustria Prophetarum vaticinia, v. 9. 10. 11. Atq; ita addito voto tractationem illam de renovatione claudit. v. 13. & 14. In *Conclusione*, qvæ incipit à v.15. c 15.1 *Causas scriptionis exprimit* v.15. 16.2. *Apostolicæ gloriationis exemplum ponit.* Fund. gloriationis est *sacrificium gentium.* Modus operationis, exprimitur λόγῳ καὶ ἔργῳ: effectus per *geographiam Evangelicam Paulinã* v.18.19.20.21. 3. *Adventûs sui spem facit, & impedimentum proximi adventus ponit* sc. *collectam Macedonicam & iter Hierosolymitanum* à v.22. ad v.29. 4. *Intercessionem Romanorum poscit*, idq; *duplici fine* v.30.31 5. *Salutes passivas & commendationes personales subjungit* c.16. à v. 1. ad v.16. 6. *Parentheticam παραίνεσιν contra schismaticos interponit* v. 17.18.19.20. 7. *Salutes activas subjicit* v.22. 23.24. 8. *Voto novissimo, & magnifica δοξολογία, totam epistolam claudit* v. 24. 25. 26.

SOLI SAPIENTI DEO SIT GLORIA PER JESUM CHRISTUM IN SECULA.

# OPISODROMUS PAULINO-ROMANUS.

Prodromum *labori Paulino-Romano præmisimus: Succedit* Opisodromus: *atqve uti ille: ita hic Decade terminabitur, qvæ colliget* τὰ παραλειπόμενα.

## LOCUS I.

## De Genitivis in Voto Apostolico

### C. 1. 7.

§. 1. 1. Sex sunt in hoc voto sanctissimi Genitivi, qvos medios nectit una copula, & regit una antecedens particula ἀπὸ. De 3. posterioribus qvæstio est: an illi sc. Κ. Ι. Χ. per copulam referantur ad Genitivum in ternario priori tertium, sc. ἡμῶν? an ad secundum πατρὸς? an ad primum Θεοῦ. Si 1. E. *Gratiam & pacem* optat Apostolus *à DEO Patre nostro & Domini JESU.* Si 2. *à DEO qui est Pater noster & DOMINUS JESUS CHRISTI.* Si 3. *& à DEO Patre nostro, & à Domino Jesu Christo.*

§. 2. §. 1. esset talis relatio positus:

ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς

ἡμῶν - καὶ Κυρίου ΙΗΣ. ΧΡΣ.

Si 2. talis.

ἀπὸ θεοῦ

ΠΑΤΡΟΣ καὶ ΚΥΡΙΟΥ

ἡμῶν ιησ. χρ.

Si 3. talis.

ἀπὸ

ΘΕΟΥ καὶ ΚΥΡΙΟΥ

πατρὸς ἡμῶν ιησ χρ.

§. 1. II. Utraqve prior hæretica: Abſentia articuli ante duos Genitivos priores, poſitus commatis poſt Genitivum 3. non 1. Seqvela *trium Genitivorum* Κυρίε ιησοῦ Χριστοῦ, qvæ ſemper identificat ſuppoſitum (eadem ratio *duorum Vocativorum* Κύριε ιησοῦ Actor 7. 59. conf. ibid. v. 55 56. & Apoc. c. ult. 20.) nunqvam titulus DOMINI ita tributus Patri, nunqvam poſtpoſita *paternitas paſſiva* JESU noſtræ *paternitati*, diluunt ſpecimen 1. & 2. commendant 3. Ut ita 3. poſteriores Genitivi *eadem poſitus immediatione* adæqventur Genitivo primo & immediato poſt præpoſitionem ἀπὸ; & adeò Principium *Pacis & Gratiæ*, eâdem cauſalitatis originali autoritate Apoſtolo voventi, ſit *Dominus noſter Jeſus Chriſtus*, qvam *Deus Pater noſter*. Hunc orthodoxum Pauſini voti *ſenſum Grammaticum* confirmat clariſſimus *Paralleliſmus* 2. joh. v 3.

§. 3. ἔσται μετ' ἡμῶν χάρις, ἔλεος, εἰρήνη παρὰ θεοῦ

Θεοῦ πατρὸς καὶ παρὰ Κυρίου Ιησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἡμοῦ τοῦ πατρὸς. Explicitè hîc iteratur particula, qvæ in voto Paulino latebat, omninò tamen in sensu iteranda, ac si esset: ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ ἀπὸ Κυρίου Ιησοῦ Χριστοῦ (Ita sanè conceptus naturalis, non in mensurâ dogmatis: sed interpretationis formalis, ubi τῇ στρεβλότητι opponitur, attendendus, fertur in has voces) Unde & Hebræus illud votum èxprimens, particulam iteraret. Cernere id licet ex *Syro*, qvi dubium omne tollit, dum ita reddit: שלמא וטיבותא עמכון: מן אלהא אבון: ומן מרן ישוע משיחא Ecce *duò puncta* dextrorsum inclinata post *Patrem nostrum*; qvæ *Colon* signant & nexum hæreticum prohibent: En *Præpositionem* (מן sc. *à Deo Patre*, *à Domino J. C.*) bis explicitè positam. §. 4.

III. Sed qvorsum hæc? an negaverit *Blandrata* aliqvis, vel *Socinus* Jesum Christum esse invocandum? Negavit sane, idq; ex hypothesi blasphemâ Socinianâ; rectè, Franciscus David. *Si enim non est naturâ verus Deus, nec est religiosâ adoratione vel invocatione colendus.* Ille igitur *Gratiam & Pacem* non *à Domino Jesu Christo*: sed *à Patre nostro & Domini Jesu Christi* tantùm deducit in hoc voto Apostolico, qvæ erat prima in superiori Schemate interpreta- §. 1. §. 2.

tio: Vid. idem in Disp. Alb-Jul. p. 11. c. 4. nec abhorruerit idem à secundo Schemate, cujus specimen cum Enjedino dedit in epinicio *Stephani* pervertendo Act. 7 59. vel à toto illo ad *Deum Patrem* referendo, ut *Deus Pater* di-

§. 3. catur JESUS vid. Disp. 3. Alb. *At ille hæreticus ob id dogma habitus ab aliis Socinianis.* Ita qvidem est: Sed ut vel æqvè, vel magis etiam sint hæretici *Sociniani*, qvi *invocandum affirmant*, qvippe qvi & sensu composito, & diviso hîc geminam copulant hæresin & idololatriam sc. 1. *Christum non esse natura Deum.* 2. *Qvendam, qvi non est natura Deus* (e c. Christum) *religiosâ adoratione divinâ colendum.* cum illi hæresis saltem una esset in sensu diviso sc. *CHRISTUM non esse natura Deum:* qvod sibi si constet (uti statuunt omnes) illud certè seqvitur *Christum non adorandum vel invocandum.*

§. 1. IV. An verò cæteri verè invocandum statuunt? Sane pro invocando JESU CHRISTO contra Franciscum David hanc thesin posuit Socinus: *Christus licet res creata, tamen adoratio & invocatio ei competit, seu qvod idem est cultus divinus:* idem in epist. *qvod tu pro maxima habes, nullum de Christo adorando præceptum in S. literis extare, falsum est: Deum enim omninò velle, ut Christus à nobis adoretur, probo ex* Joh. 5. 22. 23. Phil. 2. 9. Heb. 1. 6. at fundamentum

mentum adorationis Christi ponit Socinus §. 2.
non nisi *exaltationem*, seu *excellentiam officialem & judiciariam Christi*, ut naturâ meri hominis, qvæ cœlestis *judicij* & *Vicariatus* (qvo sc. Deus omne *Ecclesiæ regimen ac gubernationem Christo ut Vicario, & nostro Regi ac Domino* §. 3.
*cœlesti dederit* excellentia, non sit sine cœlestis honoris & cultus divini seqvelâ. Negat (nec aliter potest) *Christum in V. T. fuisse adorandum, vel adoratum:* neqve concedit *Christum exinanitum* fuisse adorandum: sed demum *glorificatum*.

V. Fuit sanè in illo Invocationis bello hæ- §. 1.
retico, Socinº varius: qvia enim pro *adorando & invocando Christo* tantam testium nubem in Scripturis circumstare vidit, propugnator dogmatis illius maximus videri voluit: qvia autem hypotheseos blasphemæ de *CHRISTO non vero Deo*, sibi conscius fuit, & vim argumenti invocationis (qvod πολύ δημον est, tùm negative, tùm affirmativè) *pro summâ divinitate Christi* non ignoravit, proinde qvi hanc abjuraverat, non poterat non etiam invocationem Christi contra proprias hypotheses limitare, & ita ad partem, qvam oppugnabat indirectè secedere. §. 2.
Hinc idem Socinus qvi supra expressis *præceptis adorandum Christum* probaverat, non revera sensit, & voluit *Christum debere adorari, ita ut omnes Christiani*

*sint obligati ad adorandum Christum:* sed saltem, *posse jure adorari: de cætero absque peccato nos ad Deum ipsum recta accedere posse, & preces ad eum dirigere, ita ut eadem bona tum à Christo non petamus: quin ita, sine Christo ad Deum Patrem accedere, majoris esse perfectionis: alterum autem s. per Christum invocatum, imperfectionis*
§. 3. *majoris* addidit Socinus. Ubi jam illud præceptum? Sic idem Socinus distinxit inter *adorationem & invocationem Christi:* præceptum de *Christo adorando* concessit, non ita de *invocando:* unde Oratione Dominicâ ex præscripto Christi *solum Deum Patrem, non Christum* invocari, concludit. Ne sc. fateri cogeretur *Christum naturâ Deum*, maluit per obliqvum destruere, qvod jam ante dederat.

§. 1. VI. Agnovit sc. invictum esse nostrum, qvod *à cultu divino Jesu Christi pro ejusdem essentiali divinitate* petitur argumentum: qvod arguunt verba Socini: *Omnes*, inqvit, *Trinitariorum munitiones uno adhuc fundamento nituntur, qvod Christo adoratio & invocatio conveniat, qvæ solius Dei altissimi omni ratione videntur esse propria:* & apertissimè in Conclus. Epistolæ:
§. 2. *Unde*, inqvit, *factum existimas, ut ferè ab ipso nascentis Ecclesiæ Christi initio adusqve nostra tempora tot innumerabiles Viri,* TOT SANCTISSIMI MARTYRES *cum gravissimum errorem secuti fuerint, qvod* CHRISTUS *sit* IDEM UNUS

UNUS DEUS *qui omnia creavit, aut certè* EX EJUS PROPRIA SUBSTANTIA GENITUS: *nisi qvia* NIMIS APERTE *in sacris literis ea illi tribui animadverterunt*, qvæ SOLI DEO *tribui consveverant*, & POTISSIMÙM, ADORATIONEM ac INVOCATIONEM. En hæreticum αὐθαπάρεσον! Qvàm autem frigidè respondet Objectis. E. c. Probat Socinus, *adorandum Christum* ex Ep. Heb. c. 1. 6. qvi textus cum allegetur ex Psal. 97. 7. & adeò exindè probetur, Christum jam in V. T. *fuisse adorandum*, & qvidem *ut verum Deum*: respondet *Socinus*, Imperativum illum adorationis *in Psalmo, referri ad Deum Patrem*: in Ep. ad Hebræos *applicari ad Christum*. Sic argumentabatur Fr. David ex Deut 6. *Si Christus est adorandus & invocandus. E. Christus est ille solus verus Deus. At hoc per nos jam olim negatum & destructum est. E. Dicere non possumus Christum adorandum & invocandum esse.* Resp. Socinus 1. *Præceptum de solo Deo adorando valuisse in V. T. & in N. T. ante Christum glorificatum: non post.* 2. Limitat: Solus Deus est adorandus sc. *qvamdiu nemo est præter Deum ipsum, qvi ex ipsius Dei voluntate, adoratione dignus est: Unde qvando talis extitit, nequaqvam per præceptum istud ejus adoratio prohibita fuit.* Ita Socinus, §. 3. §. 4. §. 5. cujus thesin nostro seculo planè defendit Volkelius lib. de ver. relig. *Invocatio*, inqvit,

*Christi non est absolutè necessaria: sed tantùm secundum quid: absque peccato ad Deum, sine Christo accedere possumus, & preces ad eum diri-*

§. 6. *gere.* Sic contra & Franciscum David, & Socinum ipsum, *invocationem Christi, ut debitam & obligantem, sine imperfectione cultus,* defendit Blandrata: sed qvanto cum honore Christi: *Cum Christus invocatur non invocatur tanqvam Deus ille altissimus: sed caput nostrum, Filius Dei, & Mediator, qvi nobis à Patre constitutus est:* hoc est, *non colitur, ut verus Deus: sed ut Minister aliqvis Dei* in disp. Alb. Act. 5. diei: ita & Enjed. p. 335. suarum corruptelarum: *Sicut genuflexio eadem præstita Principi & officiali Principis, non probat illos ὁμοουσίους & æqvè honorandos: ita genuflexio præstita Deo & Christo.*

§. 7. Ita e. invocationem divinam Christo denegat *totus Socinianismus:* externam aliqvam θελείαν saltem concedit, sive ut *licitam non debitam:* sive *& ut licitam, & ut debitam.*

§. 1. VII. Obstat votum hoc Apostolicum, in qvo *Gratia & Pax* vovetur à Christo autore & largitore, æqvè ut à Deo Patre. *Caput, Filius Dei, Mediator,* non negant *Deum altissimum,* nec probant *Ministerium.* Sic enim principium petitur. Contradistinctio *Dei & Domini,* non magis *Christum negat Deum, qvàm Patrem*

§. 2. *Dominum.* 1. Cor. 8. 6. Sicut enim alterum

tacet

tacet *de Filio*: ita & alterum *de Patre*: uti illo modo non Pater: sed *solus Filius* dicitur Dominus, qvatenus non Pater: sed *Filius assumtâ carne pretio sui Sangvinis nos è servitute Diaboli redemit*: ita illo modo, *non Filius*: sed *Pater est Deus*, qvatenus vox hæc ὑποστατικῶς & οἰκονομικῶς dicit personam 1. *qvæ ex communi dilectione filium unigenitum toti mundo dedit: atqve adeò hoc saltem seqvetur*: Patrem non esse incarnatum, Redemtorem s. Jesum: & Jesum s. Deum Filium non esse Deum Patrem. CHRISTUS hîc non *Minister Domini*: sed *Dominus* dicitur: non qvidem implicat eundem, qvi est Dominus, respectu superioris Ministrum esse: sed implicat tùm, qvando sub unâ autoritate & notione principii ab illo Domino sub tali titulo id vovetur, qvod non est nisi à Domino supremo, qvale est PAX & GRATIA. An in conceptu Apostoli voventis §. 3.
talis fuerit *habitudo Dei Patris & Domini Jesu Christi*, qvalis est inter *Principem & ejus Officialem*: & an *gratia & pax à Deo Patre & Domino Jesu* ita fluat, uti id qvod fluit *à Principe per Ministrum in supplicantem*, ex textu ipso Paulino decidendum erat, non ex ceremoniis & exemplis seculi, in qvibus tamen manet τὸ ὁμοούσιον: sub *unâ autem autoritate formali*, Domino *Ministrum* conjungi, in votis tàm

profanis, qvàm sacris insolens est, nedum in voto boni supernaturalis, qvale est *Gratia & Pax*. Exempla qvæ allegat Catech. Racovien-
§. 4. sis p. 44. de *Copula Dei & Samuelis* ex 1. Reg. 12. 18. Dei & Mosis Exod. 14. 31. *Dei & Evangelij* Act. 20. 32. *Domini, & Virtutis Domini* Ephes. 6. 10. & ex Catech. illâ Völkelius, qvi addit exemplum *Dei & novæ Hierusalem* ex Apoc. 3. v. 12. vid. ille l. 5. de ver. rel. p. 497. contra argumentum Sacramentale ex Matth. 28. 19. adducuntur, etsi tàm illi, qvàm huic sunt
§. 5. ἀπαρέγκλητα. *Nomen* omninò esse *signum personale*, concessum est. Qvando ergò dicitur *in nomine* Patris, *personale* est: *& Pater persona divina*. Qvare non idem, qvando di-
§. 6. citur: ET FILII, & SPIRITUS S.? Qvia sc. *Filius tantùm persona humana est* (At obstat illi petitioni principii Baptismi autoritas) Qvia sc. *Spiritui S. nunqvam Nomen tribuitur* (At hîc tribuitur) Ultima resolutio *Volkelij* est, id fieri *occasionaliter & per prosopopœiam*. En Asylum desperationis circulare. Qvia sc. Spiritus S. Persona non est, hinc qvando illi præponitur idem *signum personale*, qvod Patri & Filio, & qvod horum respectu *personale* est in *actu exercito*, tamen *respectu Spiritus S.* personale non est: qvia is persona non est: seu, licet Spiritui S. Character personalis tribuatur, tamen non est persona, qvia non est persona.

LOCUS

## LOCUS II.

### Vulgatus turbidus

Rom c. 1. ult.

§. 1. I. VUlgatus juxta Codd Romanæ correctionis ita legit: *Qui cum justitiam Dei cognovissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt digni sunt morte (&) non solum qui ea faciunt: sed etiam qui consentiunt facientibus:* planè ac si in Græco esset: οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ ἐπιγόντες (οὐ συνῆκαν) ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες ἄξιοι θανάτου εἰσὶ (καὶ) οὐ μόνον (οἱ) αὐτὰ ποιοῦσιν· ἀλλὰ καὶ (οἱ) συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι. At unde *illa parenthetica*, quæ *nullus probatus codex Græcus* unquam habuit, nec habet? qui sine illis *purus* fluit. Unum videtur facere *pro Vulgato* contra *Græcum fontem:* scilicet juxta illum, processus Apostoli est *à re majori & magis verisimili ad rem minorem & minus verisimilem*, per argumentum A MINORI AD MAJUS: Si συνευδοκοῦντες *illi sunt digni morte, multò magis* οἱ πράσσοντες (illa scelerum portenta quorum catalogum vide à v. 24 ad 31.) & sic gradus Pauli: *Non solum qui faciunt* (quod magis) *sed etiam qui* συνευδοκοῦσι saltem (quod minus verisimile) *digni sunt morte æternâ.* At juxta fontes Græcos exaggerativa particula: οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ, haberet post se deprimens

§. 2.

§. 3.

mens e. c. ab *Opere ipso mortalis peccati ad conceptum peccati*, seu *complacentiam*, & *concupiscentiam* fieret illatio, vel ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας τῆς ἀποτελεσθείσης, πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν ἐξελκομένην καὶ δελεαζομένην, vel etiam πρὸς τὴν
§. 4. ἐπιθ. συλλαβοῦσαν, qvod est tùm *contra præscriptionem Apostolicam* Jacob. 1. 13. 14. tùm *contra naturam loqvendi*. e. c. David non solùm adulterium *Opere ipso* commisit: sed etiam *complacentiam libidinis* habuit: Cain non solùm homicida seu fratricida fuit: sed & *complacentiam cædium* habuit, tùm *contra sensum Vulgi, & praxin fori*, in qvo fures suspenduntur, non autem omnes, qvi complacentiam habent cum *callidis, qvicqvid placuit jocoso condere furto* in qvo *Cainus* gladio esset cædendus; non *Esavus*, in qvo tamen fuit συνευδοκία fraternæ cædis Gen. 27. 43.

§. 1. II. Cœterum habet illa analysis Apologetica *Vulgati*, hypotheses erroneas. Falsum, Apostolum comparare συνευδοκίαν simplicem, *merè Theoricam*, ab opere externo abstractam, cum praxi sceleratâ: falsum adeò, incedere Apostolum *à majori ad minus*. Atrox sanè scelus est Pontificem in Novâ Româ esse ἀρσενοκοίτην: at atrocius, si præterea aliqvis Sixtus IV. *Sodomiam* impunè permittat, & ejus usum publicè concedat: si (qvod fecisse

*Johannem*

*Johannem de Casâ Archiep-Benevent.* in propatulo est) ut publico scripto infandum scelus sub titulo *artis divinæ* commendetur, toleret, & testetur publicè συνευδοκίαν. Atrox, si Nero ipse faciat aliqvando qvod Cinædi: atrocius scelus est, si *datâ impunitate, imò præmiis* remiges exoletos per ætates & scientiam libidinum componat in *stagno Agrippæ*: Si testaturus συνευδοκίαν, ipse denubat Pytagoræ: si scorta nudis corporibus, si gestus motusq; obscenos, si lupanaria ipse imperet, & id agat, ut per illicita fœdati corrumpantur omnes. §. 2.

III. Defendendus E. omninò Græcus textus est: improbandus Vulgatus: qvia 1. Scopo Pauli, qvi est *supremum apicem Catalogi peccatorum hic exprimere*, magis convenit ille, qvàm hic, (qvi in abstractam εὐδοκίαν, & *simplicem consensum* desinit) modò superiori modo explicetur illud συνευδοκίας vocabulum, qvomodo præclarè Syrus per משתותפין. Græci Theophyl. & Chrysost. per συναγορεῦντας, per συμπράττοντας καὶ ἐπαινοῦντας, per εἰς τὸ κακὸν παρακαλοῦντας expresserunt, qvæ complacentiam talem notant, qvæ *sceleribus patrocinatur, eadem commendat, ad illa publicè privatimq; alios provocat, qvæ societatis & amicitiæ nexus per scelerum communionem, cum scele-* §. 1.

*ratis*

*ratis stipulatur.* Hi sunt illi משתותפין Syri,
§. 2. συνευδοκοῦντες Pauli. 2. Græcus sibi & contextui convenit: Vulgatus contradicit: Ille dicit duo: sc. 1. *Gentiles habuerunt* ἐπίγνωσιν τοῦ δικαιώματος τοῦ Θεοῦ, *quod damnat ut reos æternæ mortis,* οὐδὲ τὰ τοιαῦτα πράσσοντας, & adeò hoc sciverunt: 2. & *tamen non tantum talia flagitia patrarunt: sed etiam suâ* συνευδοκίᾳ *scelera talia comprobarunt & propositis qs. præmiorum exemplis alios ad similia provocarunt* (atqve adeò tantum abest, ut post factum adfuerit ἡ μεταμέλεια, ut potius fuerit practica συνευδοκία, & *gloriatio Sodomitica* conf. Esaiæ c. 3. 10) Vulgatus illam ἐπίγνωσιν *simul iisdem Gentilibus dat & negat* per illud additum: οὐ συνῆκαν; & adeò juxta illum *idem simul*
§. 3. *est, & non est.* Excipit qvidem Bellarm. distingvendo inter *Cognitionem Theoricam & practicam.* Cognoverunt *Theoricè:* Non cognoverunt sc. *practicè:* sed aut illa *non cognitio practica,* est ipsa praxis, qvâ sc. opere ipso *abnegarunt Deum, prævalentibus pravis affectibus:* aut est *cognitio ipsa:* priori modo continetur in vocibus ποιοῦντες, πράσσοντες, qvæ contradistingvuntur voci ἐπιγνόντες: posteriori modo in hâc continetur, & in tantum *cognitio practica* in ἐπιγνώσει simul affirmatur: omni-

nò ergò

nò ergò & sic contradicitur. 3. In omnibus vetustis Codd. Græcis reperitur lectio nostra: non item Vulgata. 4. Hæc cogitur multarum particularum ellipses statuere, & addere voces, qvibus non indiget avthentica veritas. §. 4. 5 Convenit egregiè cum Græco Syrus: אילין דידעין דינרא דאדהא דלאילין דאך חלין סערין דמותא מחיבו לית הוא בלחוד עבדין לדין אלא אף משתותפין לאילין דחלין עבדין: Notetur in Syro semicolon post מחיבו: item, qvod illas voces ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες ἄξιοι θανάτου εἰσὶν ponat modificationem & actum τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ: pulchrè illud, & planè ex sensu Spiritus S. ut ita juguletur illud τὸ σωφρονεῖν Vulgati, & illa superior distinctio Bellarmini.

IV. Et tamen non puduit Bellarm. l. 2. de §. 1. V. D. c. 14. *falsum* proclamare *qvod habetur in textu Græco: Verum*, qvod *in Vulgato*. Juvat examinare breviter rationes. Objicit 1. Juxta Græcum Sensus est *pejus esse consentire malum agenti, qvàm malè agere*: juxta Vulgatum sensus est contrarius sc. *pejus esse malè agere, qvàm consentire*. *At hic verus: Ille falsus*. Resp. Sensus *Vulgati* est sensus *Vulgi*. Omninò, in complexu *omnium speciorum consensus* pejus est aliqvando *consentire*, qvàm *malum agere*. Ita con-

consentire malum agenti, prout hic sumitur vox συνδοκεῖν pro συνδοκία non *abstractâ à Synergismo, & sceleris consilio*, pejus est, qvàm *malum saltem agere*. Συνδοκίαν autem illam esse *simplicem & merè permissivam* est petitio principii Objicit 2. *In Græcis est varia lectio.* Resp. Falsum illud: Si in particularem codicem privatorum Interpp. aliqvid tractu temporis irrupit (e. c. qvia Vulg. legit *justitiam Dei*, Græcus autem τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ, potuit pro hâc voce in uno vel altero Interpp. legi δικαιοσύνη Θεοῦ, qvod magis Vulgato convenit) vel nonnulli etiam Græci non satis capientes sensum Apostoli particulas mutarunt, exinde Codices avthentici non statim variæ lectionis sunt §. 3. accusandi. Objicit 3. *Oecumenius notat lectionem Vulgati.* Respondeat Bellarmino Gul. Estius: *Oecumenius ita meminit utriusqve lectionis, ut eam qvæ Latinorum Codd. est ex professo refellat.* §. 4 Objicit 4. Latinos. Resp. 1. *Patres qvosdam Latinos secutos Latinum, qvid mirum?* Resp. 2. Cajetanus affirmat *in Latinis literam esse corruptam:* Resp. 3. Gulielm. Estius probat: *Latinos olim legisse prorsus, aut propemodum, qvomodo Græci.* §. 5. Objicit 5. in specie *Cyprianum.* Resp. Estius: *Cyprianus juxta fidem multorum exemplarium MSS. sic verba Apostoli*

*Apostoli recitat ut ejus lectio Græcis consonet, illo saltem excepto quod verba illa Græcis parentheticè collocat in fine.* Idem Estius addit: *Augustinum quoque ita legere & exponere prout Græci.* Objicit 6. *Symmach. pap. in Apologetico adversus Anastasium.* Respondeat idem Estius: *Ita illum textum Pauli Symmachus profert, ut doceat gravius esse consentire quàm facere:* QUOD EX HOC LOCO NEQUAQUAM HABETUR NISI LEGAMUS UT GRÆCI. Fatetur idem *juxta Græcos planum esse sensum. Iudicium Bell. judicium Vulgi.* En quàm pulchrè triumfant fontes incorrupti, suis & ipsa Roma viribus ruit.

## LOCUS III.

Rom. 3. 28.

### Syllogismus fidei justificantis.

I. VErba Græca ita habent: λογιζόμεθα γὰρ πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον χωρὶς ἔργων νόμου. Ubi improbandus Vulgatus, reddens illud λογιζόμεθα γὰρ per: *Arbitramur enim.* Contra, *arbitrandi* vocabulum ambiguum est & ut plurimum *Opinionis de re incerta*, quæ significatio Paulo ratiocinanti, & apodictice colligenti è diametro contraria: & *Particula* γὰρ non *argumenti seu medij*, sed *Conclusionis* est, qualis Conclusio pro solâ fide exclusis operibus justificante in hoc versu evidens.

Utrumqve ergò ertoneum. Rectè Theophyl. λογίζομεθα i. e. συλλογίζομεθα Conf. c. 6. 11.

II. Illud πίστις & χωρὶς ἔργων νόμου in resolutione ad prædicatum pertinere, extra dubium est, ut sit talis Conclusio in Syllogismo Apostolico: *Qvicunqve homines justificantur, illi fide justificantur, sine operibus legis, vel absolutè sine operibus* cap. 4. 2. An ergò eadem ratio propositionis abstractæ: *Fides sine operibus justificat*, vel qvod idem est: *Fides sola justificat?* Est sanè illa exclusiva exclusi subjecti: non prædicati, uti in Logicis distinguuntur: ita tamen, ut qvicqvid excludit in subjecto, non excludat nisi resp. prædicati neqve valet analysis: Sola fides justificat i. e. Fides qvæ est sola justificat. Solus homo est rationalis i. e. Homo, qvi solus est, rationalis est. Si tamen id vocatur exclusiva subjecti, qvod excludit in subjecto resp. essendi, & simplicis seqvelæ: exclusiva prædicati, qvod in subj. resp. prædicandi, & energiæ, dici potest, exclusiva prædicati & hoc sensu sub *exclusivâ sc. resp. subjecti* negatur à Jacobo (cujus thesis est ἡ πίστις ἡ χωρὶς τῶν ἔργων νεκρὰ ἐστὶ & proinde nec justificat c. 2. 20.) *sub exclusivâ resp. prædicati* affirmatur à Paulo: atq; adeò de fide Jacobus agit subjectivè: Paulus enunciativè. At ubi exclusiva? *Est* sanè in evidenti

virtute

virtute Syllogismi Apostolici: Aut homo justus est coram Deo ἐξ ἔργων, aut ἐκ πίστεως Ἰησ̃. Sed non ex Operib9. E. ἐκ πίστεως, & qvidem tm. ἐκ πίστως: probatâ sc. minore & disjuncti immediatione firma stat conclusio exclusiva, & adeò qvicqvid *Operum legis*, vel *operũ nomine* venit excluditur ab influxu prædicati: *Est* in ipsâ formâ conclusionis: *Homo fide justificatur sine operibus legis* (suppositâ non nisi dualitate oppositorum illorum modorum) i. e. *Homo non justificatur per opera: sed per fidem*: it. *Homo non justificatur nisi per fidem: Homo justificatur solâ fide, vel tantùm fide*: hîc naturalis est æqvipollentia: *Est* in Abrahami justificati exemplo: *Abraham aut ex operibus, aut ex fide est justus coram Deo. Non illud. E. hoc*: & adeò *ex solâ fide* c. 4. 1. 2. 3. *Est* in opposito Apostolico v. 4. 5. *Aut justificatur coram Deo* ἐργαζόμενος: aut μὴ ἐργαζόμενος: sed πιστεύων ἐπὶ τ̃ δικαιοῦντα ἀσεβ̃η. Non illud. E. hoc, & adeò tantùm πιστεύων &c. justificatur coram Deo: *Est* in exemplo patallelo Deut. 6. 13. 14. Non Deos alienos, vel alios: sed Ihovah Deum tuum religiosè coles i. e. Κύριον τ̀ θεὸν σ̀ μόνον προσκυνήσεις καὶ αὐτ̃ μόνῳ λατρεύσεις Matth. 4. 10. Est in positu homogeneo Gal. 2. 16. ἐὰν μὴ διὰ πίστεως

Ιησοῦ Χριστοῦ. His & aliis rationibus (tacemus autoritates) invicta contra Pontificiorum calumnias stat hoc loco versio Lutheri qvæ ita exprimit conclusionem Pauli: Daß der Mensch gerecht werde / ohn des Gesetzes Werck / allein durch den Glauben. Neqve alius fuit sensus veteris Metaphrastæ Syri, qvando ita expressit מתרעינן הכיל דבהימנותא הו מזדרק בר נשא ולא בעברא דנמוסא pulchrè illud λογιζόμεθα per מתרעיינן i. e. *Ratiocinamur* reddidit: illud autem: *por fidem justificatur filius hominis, & non per opera Legis*, idem Syro esse qvod tantùm per fidem, constat ex cap. 4 5 ubi qvod est in Græco: Τῷ μὴ ἐργαζομένῳ, πιστεύοντι δὲ &c. Syrus expressà exclusivâ reddidit: להו דין דלא פלח אלא הימן בלחור במן דמזדק i. e. *Tantùm illi qvi credit in Deum qvi justificat. &c.* Addimus vers. Belgicam: Wy besluyten dan dat de Mensche door het Gheloove gherechtveerdight wort / sonder de Wercken der Wet Manet: Opera excluduntur non à verâ fide: sed ab illa ut justificante, & adeò à justificatione. Opera sola, fidem præcedentia, vel non à fide profecta, excludi, hypothesis est Pontificiorum: sed qvam μαρτυρία νόμου καὶ προφητῶν, cujus exempla

pla in c. 4. Abrahamus, & David, fortitèr elidunt. Vid. Prodr. Paul. Rom. n. 8 ſtat Syllog. Apoſt.

Opera Abrahami renati excluduntur à negotio juſtificationis coram Deo.

Opera Abrahami renati fuerunt opera fidem conſeqventia. E.

Opera fidem conſeqventia excluduntur à negotio juſtificationis.

Fidem autem hîc ſubſterni τῇ χάριτι, τῇ ἀπολυτρώσει, Inſtrumentis etiam cœleſtibus e. c. Sacramentis, opponi ἐνεργητικῶς Operibus, & adeò horum ſaltem reſp. excluſivam excludere, ſatis conſtabit. Fidem juſtificationis *initium, fundamentum, radicem, medium impetrans, & redemtionem ex gratia procurans, clariſſimè revelans* eſſe, conceſſum eſt pontificeium. Sed qvam fidem? qvæ eſt *bonum opus noſtrum, & qvadantenus meritorium.* Ubi hîc illud δωρεὰν, τῇ χάριτι? Fidem eſſe *cauſam formalem noſtra juſtificationis*, à nobis nullibi dictum *Factores legis ex operibus fidei coram Deo juſtificari*, alienum eſt à mente Pauli Rom. 2. 13.

## LOCUS IV.

## Exemplum Exemplare Fidei Abrahami.

Rom. 4. 3.

§.1. I. ILlam in authentico protptypo repræsentat unus *spondaicus Mosaicus* הֶאֱמִין בַּיהוָה וַיַּחְשְׁבֶהָ לוֹ צְדָקָה: Pulchrè Chaldæus hoc aureolum expressit: הימן במימרא דיהוה וחשבה ליה לזכו i. e. *Credidit in Verbum Domini*, & (Verbum Domini) *imputavit illud* (credere) *illi in justitiam.* Paulus noster: ἐπίστευσε Αβραὰμ τῷ Θεῷ καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, qvem Syrus planè seqvitur: הֵימֵן אַבְרָהָם לאלָהָא ואתחשבת לה לזַדִּיקוּ &c. An verò convenit *Paulo* cum *Mose?* Pulcher-
§.2. rimè. Principio illud: ἐπίστευσε Θεῷ illo sensu sumendum, qvi educitur ab Apostolo ex *Abrahami exemplo* v. 5. Πιστεύειν ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ i. e. *credere in Deum qvi justificat impium.* Qvi credit in Deum, credit etiam Deo, uti *qvi baptizatur in nomen Christi*, etiam *in Christum:* etsi non contra, e. c. *qvi baptizatur in Mosen*, baptizatur qvoqve *in nomen Moses*, ut frustra hoc exemplum ex 1. Cor. 11. 3. contra Personalitatis divinæ argumentum *ex baptismo in nomen Spiritus Sancti*, ob-
§.3. jiciat *Catechesis Racoviensis.* Atqve in tali applicatione speciali Synonima sunt: *Credere Deo & credere in Deum*, cum aliàs πιστεύειν τινι (generaliter sumtum) s. *credere Deo*, minus

nus sit qvam ἐις ζωὴν c. *credere in Deum*, qvod posterius proinde in N.T. famosior est *fidei justificantis* periphrasis. Qvin & illo speciali §. 4.
sensu *credere Deo* est idem cum Hebræorum האמין ביהוה, cui aliàs majus inest pondus, qvàm generali illi: *Credere Deo*, & qvod magis exprimit illam *hypostasin fidei justificantis* vid. Hebr. 3. 14. c. 11. 1. qvæ est *apprehensionis fiducialis*, qvam cum fidei subtrahant Pontificii non mirum est omne illos discrimen gemini hujus positus tollere: qvod uti exaggerandum in tantum non est, qvasi illud: *Credere in aliqvem*, ad nullam fidem humanam pertineat in *exemplo Biblico* V.T. ita negandum non est, ubi *de fide religiosâ* agitur, *emphasin illam hypostaticam* magis consonare in modo האמין ביהוה qvam האמין ליהוה sicut in exemplo merè humano plus est האמין בו qvam האמין לו.

II. At ergòne *unâ fide* (divinâ sc.) *crediderunt Israelitæ Deo & Mosi?* an verò *Deo fide divinâ, Mosi humanâ?* ita ut utrumqve exprimatur *uno prædicato: crediderunt:* & uno positu §. 1.
ביהוה item במשה Exod. 14. ult.? Cœterum textus ita habet: ויאמינו ביהוה §. 2.
ובמשה עבדו; qvaternarius emphaticus Regius poscit notari respectum vocis עבדו eâdem sc. fide qvâ *creditur Deo*, creditur etiam

*promissioni* qvam Deus loqvitur per Servum Θεόπνευστον: & *fiducia in promissionem*, qvam nomine Dei edit Servus Dei s. עבד יהוה qvalis Mosche, est *fiducia in ipsum Ihovah*. Vi-
§.3. dit hoc Chaldæus, qvando ita reddidit: והימינו במימרא דיי ובנביאות משה עבדה: i. e. *Et crediderunt* in VERBUM DOMINI, & *in prophetiam Mosis Servi ejus*. (Qvorsum ejus? An Moses dicitur Servus τοῦ λόγου incarnandi s. Christi?) At *fides in Dominum* & *Verbum Domini*, est μία πίστις: ergò & *fides in Dominum*, & *in Mosen*, ut עבדו s. *Servum Domini*, in illâ reduplicatione doctorali Propheticâ. Manet Abrahamum & *credidisse Deo*: & *in Deum*: utrumqve ex textu.
§.4. Illud autem ἐλογίσθη an convenit cum Hebræo ויחשבה? Accuratè. Subjectum nec in Mose expressum, nec in Paulo: utrobiqve in resolutione membro priori repeten-
§.5. dum. Qvid notius, qvam *verbum formalitèr activum*, *supponere passivè* etiam cum affixo e. c. *Vocabit illum* i. e. *vocabitur ille*: sic: *Imputavit illud*, i. e. *imputatum est illud*. Si de נושא המאמר s. subjecto imputante qværitur, illud in enunciatione rectè dicitur non esse nisi יהוה ut ille enunciationis præcedentis Objectum in seqventi fiat Subjectum; planè sicut

sicut Subjectum enunciationis primæ s. אברם, qvod plenum expressit Apostolus Ἀβραάμ, non est explicitè in hoc versu Mosaico: rectè tamen intelligitur ex immediato contextu Mosaico.

III. Est sc. ibi *Dialogus Ihovah & Abrahami allóprosállos* hinc c. loqvitur *Ihovah* v. 1. secundò, *Abram* v. 2. 3. iterum loqvitur יהוה v. 4. & 5. Orator nunc esse debebat Abramus sed is *fide* respondet, atqve ita fit subjectum in enunciatione והאמין ביהוה v. 6. Et in hoc qvidem exemplo alloprosallo facilè est subjectis duobus e. c. Deo & Abrahamo, sua prædicata applicare, tùm ex sensu, tùm ex formali positu. Conf. etiam Esa. 7. 10. 12. 13. §. 1.

Alibi non item e. c Matth. 3. 16. ἀνεώχθησαν αὐτῷ (cui an Johanni, an Christo, an utriqve) οἱ οὐρανοὶ, καὶ εἶδε (qvis, an Christus, an Johannes?) τὸ πνεῦμα Θ. καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτὸν (super qvem an Christum, an Johannem?) §. 2.

Hîc ex sensu & harmoniâ tum contextus, tùm aliorum Evangelistarum res expedienda, qvomodo Johannes c. 1. 31. 32. palàm testatur *J. Baptistam vidisse cœlos apertos* &c. Sic Marc. 1. 9. εὐθὺς ἀναβαίνων (qvis an *Christus* an *Johannes?*) vidit (qvis) &c. Conf. Marc. 2. 13. §. 3.

§. 4. c. 11. 6. 7. Fatemur tamen apertiùs Mosen ostendere subjectum imputans sc. יהוה qvàm Davidem in positu Psal. 106. 31. ubi est ותחשב לו לצדקה de facto Pinehasi Zelotæ pro gloriâ Dei. Ut mirum sit, qvod Pagninus reddiderit: *Abraham sibiipsi id imputavit in justitiam.* De Aureolo hoc Palindromo, sc. *Abraham credit in Ihovah & Ihovah imputat id in justitiam Abrahamo:* de nobili usu vocis חשב in actu hoc justificationis dictum Comm. in Genesin ad h. l. ibidemq; ex parte examinatum, an fides Abrahami pro Objecto habuerit solas promissiones de multiplicando semine Abrahami præ stellis cœli: qvà in re, uti & an fuerit saltem assensus, & fides historica, an fuerit verum & bonum aliqvod opus justitiæ Deo gratissimum, Syncretismus

§. 6. est Sociniano-Papisticus. Mirum est, qvod Estius ponit: *Apostolus exemplo tanti Patriarchæ probat principalem propositionem, qvâ dixerat justificari hominem per fidem, sine operibus legis: si enim Abraham ex fide & non ex operibus est justificatus qvem tamen Scriptura in exemplum justitiæ nobis proponit, igitur nos qvoqve non ex operibus: sed ex fide justitiam expectare*

§. 7. *debemus.* Et tamen idem Estius exemplum hoc Abrahami explicat *de Justificatione* 2. qvam in meritum operum de condigno cadere statuit

tuit Papismus: imò ipse urget *fidem* hic nonnisi *opus Abrahami esse*. Cœterum hoc exemplum Abrahami jugulat planè papismum. Allegavimus supra Chaldæum, qvi Abrahamum credidisse dicit in מימרא דיהוה. §. 8.
Addimus nunc Targum Hierosolymitanum in Exod. c. 12. ad לילי שמורים, ubi notantur ארבע לילון דכתיבין בספר דכרניא i. e. 4. *noctes in Scripturis singulariter notatæ*, qvas inter est לילא תנינא כד אתגלי מימרא דיי ועל אברהם ביני בתריא respectus est evidens ad hoc caput, in qvo narratur ברית בין בתרים. At an per מימרא דיי Messiam intellexerit? Prohibet לילא רביעאה; videatur Targum.

## LOCUS V.

Rom. 8 v. 19. 20.

*Ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως.*

I. CCoronam gloriæ & *patrimonium cœleste* qvod datur filiis, v. 17. 18. Apostolus illustrat *gemino desiderio*, uno πίσης τῆς κτίσεως s. *Creaturæ* v. 19. 20. 21. 22. altero *credentium s. habentium* τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος v. 23. Utrobiqve *intensissimi desiderii* vocabula exprimuntur sc. per ἀποκαραδοκεῖν, per ἀπεκδέχεσθαι, per στενάζειν, συστενάζειν καὶ συνωδίνειν. §. 1.
Qværitur hîc 1. qvid per τὴν κτίσιν, vel per §. 2.
πᾶσαν

πᾶσαν τὴν κτίσιν intelligatur? *An totus mundus, inclusis hominibus? an soli homines, seu natura humana?* ita ut sit idem positus qvi Marc. 16. 15 Coloss. 1. 23. *an etiam Angeli mali s. Diaboli? an solus mundus creaturarum irrationalium?* Resp. Non 1.
§. 3. & 2 uti volunt Augustinus, Hugo, Lyra, Cajetanus, qvia qvod *Vanitati* i. e. vanis usibus vel abusibus potius hominum, *Subjectum esse dicitur*, illud speciei humanæ contradistin-
§. 4. gvitur. At τῇ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη v. 20. etsi οὐχ' ἑκοῦσα seu *non naturali suâ inclinatione:* non 3. qvia, etsi Diaboli, qvà naturam, sunt pars κτίσεως, tamen nec *hominibus, nec Ecclesiæ serviunt:* nec adeò *vanitati subjecti sunt:* sed potius *hominem vanitati subjecerunt.* Diabolorum enim vitio intravit
§. 5. ἡ ματαιότης. Neqve illi οὐχ' ἑκόντες se habent ad *vanitatem:* neqve *Deus* fuit ὑποτάξας seu *subjecit Diabolos usibus & ministeriis hominum*, neqve *spes* illa τῆς κτίσεως cadit in Dia-
§. 6. bolos: Conf. v. 20. Manet ergò 4. Benè Chrysostomus: ὥστε δὲ ἐμφαντικώτερον γενέσθαι τὸν λόγον καὶ προσωποποιεῖ τὸν κόσμον ἅπαντα, ἅπερ καὶ οἱ προφῆται ποιοῦσιν, οὓς ὁ Ἀπόστολος μιμούμενος προσωποποιεῖ τὴν κτίσιν ἐνταῦθα καὶ φησὶ στενάζειν αὐτὴν, οὐκ ἐπειδὴ στενα-

γμοῦ

γμῶν τινος ἤκουσεν ἀπὸ τῆς γῆς καὶ οὐρανοῦ φερομένου. ἀλλ' ἵνα τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐνδείξηται τὴν ὑπερβολὴν, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τῆς ἀπαλλαγῆς τῶν κατεχόντων κακῶν.

II. Intelligitur adeò *non homo:* sed *irrationalis creatura.* At Qvær. 2 *an sola?* an verò præter illam *Angeli boni?* Sanè nec illud ἀποκαραδοκεῖν, nec causa τῆς ἀποκαραδοκίας nec spes τῆς ἐλευθερίας obstat: qvin illa potiùs eminentèr conspiciuntur in *specie Angelica:* sed nonnisi *bonorum.* Hypothesis Chrysostomi de *creaturâ corruptibili* erronea est, & falsa illa glossa: τί ἐστι τῇ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη, φθαρτὴ γέγονε. *A subjectione vanitatis, & ministerio* τῆς φθορᾶς *ad subjectum ministrans vanum &* φθαρτὸν *s. corruptibile* non V. C. Creatura non dicitur *subjecta Vanitati & corruptioni suæ:* sed *hominum.* Affirmamus ergò qvæsitum. De hâc autem *Creatura* & mundo tùm *Angelico*, tùm *bruto*, prædicat ἀποκαραδοκίαν i.e. *vehementem anxiam, & solicitam expectationem, & qvasi exserto capite factam accuratam speculationem*, qvâ attentissimâ observatione speculatoris instar expectat (ἀπεκδέχεται) *tempus illud, qvo gloria filiorum Dei plenè manifestabitur*, seu qvo filii Dei gloriosi apparebunt, & ipsi Deo simi-

§. 1.

§. 2.

§. 3.

les

les 1. Joh. 3. 2. Benè Lutherus noster: Das engst-
§. 4. liche harren der Creatur wartet auf die Offenbahrung
der Kinder GOttes: qvomodo & Chrys. ἀποκα-
ραδοκία ἡ σφόδρα προσδοκία ἐστὶν. Plus vidit
Syrus: כלה בריתא מסברא ומסכיא לגלינא
דבנוהי דאלהא Præclare illud, & Hebræo
more ac si esset: πῶσα ἡ κτίσις ἀπεκδέχεται καὶ
ἀποκαραδοκεῖ τὴν ἀποκάλυψιν τῶν ἡῶν τοῦ Θεοῦ.
Vox n. posterior in Syro æqvipollet τῇ ἀπο-
καραδοκίᾳ in Paulo: eademq; notat *intentis
oculis*, & qs. *in speculâ expectare*. Ita & Belg vers.
het Schepsel (alß) met opsteken Hoof de
verwacht de apenbaringe der Kinderen
Godts. Sic v. 22. het sucht t' samen ende is
t' samen in barens noot tot nue toe. Errant,
§. 5. qvi ἀποκαραδοκεῖν à corde: non capite dici
putant. Qvær. 3. Qvid per τὴν μα αιότητα,
cui hic *mundus conditus à Deo dicitur subjectus*
v. 20. & per *servitutem corruptionis*, unde *libe-
ratio* promittitur creaturæ v. 21. & qvæ utra-
qve causa est illius ἀποκαραδοκίας intelligat
Apostolus? Resp. 1. Non notatur præcise *illa
instabilitas & mutabilitas hujus mundi*, cujus
causa *vicissitudines generationum & corruptio-*
§. 6. *num*, qvæ variæ conseqvuntur alterationes:
nec 2. ipsa mundi per ignem dissolutio seu an-
nihilatio, ut vult Beza: nec 3. deterioratio ipsius
creaturæ invecta per peccatum hominis c. c.

terra per lapsum maledicta & ad spinas ac tribulos damnata, uti vult Chrys. nec 4. *status creaturæ, quæ in usum hominum venit, sub potestate Principis hujus mundi, cui magnâ parte sit permissa, ut per eam nocere possit, nisi consvetudine fidelium benedicatur*, uti vult Estius: Intelligitur sc. *Vanitas creaturæ* non tàm *subjectiva*: qvàm *objectiva*, & qvæ subjectivè magis est *hominis*, cui ipsi per lapsum corrupto & naturâ iræ filio, multis etiam morbis, calamitatibus, & morti ipsi obnoxio, ejusq; corruptis & vanis usibus, & sæpè abusibus, atqve ita *vanitati ipsi subjecta* dicitur *creatura non suâ sponte*, i. e. non ex naturali suâ inclinatione: *sed propter eum qvi subjecit eam ejusmodi vanitati*, Deum sc. qvi *in hominum usus res cateras corporeas condidit, non qvidem vanos: sed veros & legitimos: at ex qvo peccavit homo, permittit illis ipsis non modò bonos uti: sed etiam improbos abuti, imò operibus sæpè, qvibus primitus destinati minimè erant, adhibere: facit ut sol suus oriatur super improbos ac bonos, & pluat super justos & injustos* Matth 5. 45. Imò ordinavit intercedente Mediatore, ut non obstante statu hominis corrupto, & figmento cordis humani, nonnisi malo à pueritiâ, imposterũ creatura etiam terrestris homini serviat, &, qvamdiu erit terra, sementis & messis, frigus & æstus, æstas & hyems, dies & nox non cessent Gen. 8. 21. 22. Neqve tamen negandum per & propter lapsum qvoqve *passivam*

§. 7.

§. 8.

§. 9.

aliqvam *Vanitatem*, qvandam creaturam invasisse, atqve adeò hinc qvoqve illas creaturæ
§. 10. lacrymas esse, qvod non saltem *Vanitati hominum sit subjecta:* sed qvod ipsa qvoqve vanitatem, turbatâ qvasi naturali suorum ministeriorum inclinatione & cursu non nisi ad salutares homini usus directo, qvandam præternaturalem experiatur, idq; non tantùm ex communi statu lapsus: sed & ex seqvelâ particulari horridorum hujus vel illius seculi
§. 11. & populi scelerum, & flagitiorum: Unde etiam est, qvod Vanitas illa Creaturæ subjectiva recipiat magis & minùs, imò qvod terra post lapsum alicubi ex benedictâ fiat planè maledicta c. c. *Terra Sodomæ & Gomorræ, Terra Israelis nunc horrida,* olim excellentissima: hinc illud in sacris passim de *interdicto cœlesti roris & pluviæ, & terrestri, proventuum* seu הארץ conf. exempl. Chag. 1. 6. 10. 11. c. 2. 15. 16. 17. 19. Deut. 28. 23. Hinc qvod c. c. *nunc sidera cœlestia influentiis suis homini & terræ nascentibus sæpè noceant, qvod aeris tempestas corpora hominum affligat, qvod terra laboriosissimè etiam à colono tractata, infelix lolium lappas tribulosq; sæpè ferat,* Gen. 3. 17 c. 5. 29. qvod *cum ratione primæ creationis & naturâ suâ omnia condita sint, ut homini salutaria,* nunc multa sint *homini venenata & mortifera.*

III. Sed

LOCUS VI. Δουλεία φθορᾶς ibid.

I. QV. 1. *Qvomodo Angeli boni serviant vanitati hominũ?* R. Sunt multiplici vanitati adhuc subjecti electi: Sunt adhuc *in corpore mortis & peccati, unde clament singuli:* Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος τίς με ῥύσεται Rom. 7. 24. Et tn. illis ex ordinatione Dei serviunt Angeli, atqve uti ipsi *Electi optant à peccato inhabitante, morte & corruptione, totâq; illâ Vanitate liberari,* vid. v. 23. Ita qvoqve Angeli boni *ingemiscere*, & suo qvodam modo *dolere* dicuntur i. e. sensu qs. miseriæ hominum affici, ac gloriam filiorum Dei vehementèr exoptare, ut sc. sint ἰσάγγελοι & in perfecta felicitate, sine vanitatis misturâ constituti. Serviissent etiam Angeli homini non lapso, uti servierunt Adamo in Paradiso: sed ἄνευ καταιότητος. 2. *Negotia hujus seculi* non sunt sine *multiplici vanitate*, sunt etiam qvædam planè vilia & abjecta, imò evanescent tandem illa ubi erimus ἰσάγγελοι: Sic e. c. *Conjugium in ipsis fidelibus*, nedum infidelibus, ubi fervor libidinis dominatur, non est sine *malo* & magnâ *vanitate*: & tamen illi serviunt Angeli. 3. Illud *ingemiscere*, & *dolere*, non magis repugnat Angelis bonis, qvam *gaudere super uno peccatore pœnitente*, Luc. 15, 10. & stare utrumqve potest *cum Angelicâ beatitudine*: rectè Balduin. in Ep. ad

§. 1.

§. 2.

§. 3.

§. 4. Rom. p. 560. *Concedimus perfectius fore gaudium Angelorum post consumationem seculi, quàm nunc est, siquidem ibi nullum amplius occurret impedimentum, quando plenitudo Sanctorum, quod anxiè expectarunt, intravit, quemadmodum & de animabus scriptum est, quod quidem sint in requie post mortem, attamen ingemiscant ob defectum corporum suorum, donec conservi ac fratres*

§. 5. *eorum compleantur* Apoc 6. 11. Quær. 5. Qvid dicat illa ἐλευθέρωσις τῆς κτίσεως ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς in v. 21? Resp. Dn. Calixtus in παραφράσ. de supremo judicio p. 142. Deus subjecit creaturam vanitati sub spe, qvod etiam ipse conditus mundus liberabitur à servitute corruptionis, *per quam servitutem cogitur pati se ad usus vanos, perversos, & nonnisi ad corruptionem facientes adhiberi*; in libertatem gloriæ *sive gloriosam* filiorum Dei, *ut quemadmodum filij Dei cum vanitate & corruptione nihil habent commune, ita qvoqve ipse non habeat. Namut filij Dei ad libertatem gloriosam perveniant, hanc mundi machinam Deus servat & sustentat, & in eâ non modò bonos benè: sed etiam malos malè creaturis utentes tolerat, qvod non faceret, nisi supereesset semen sanctum ad gloriosam libertatem perducendum* Es. 1. 9. Rom. 9. 29. *Ubi igitur hac libertate Filij Dei potientur, simul cessabit servitus* vanitatis & corruptionis, *cui*

*subjectæ*

*subjectæ sunt creaturæ.* Et hoc erit *tempus instaurationis omnium*, χρόνου ἀποκαταστάσεως πάντων Act. 3. 21. Scimus enim totum mundum conditum, *& ejus partes, cœlos, terram, elementa, & quæ his vicissim continentur*, simul *omnes* suspirare & parturire huc usque.

II. Omnia benè, modò ex hypothesi superiori de includendis Angelis bonis, horum respectu mitigetur ἡ δουλεία φθορᾶς: neque mirum est *duliam & subjectionem Angelorum* aliter se habere, quàm *creaturæ corporeæ* respectu illius *vanitatis hominum*: cum *illa ipsa mundi machina cœlesti & elementari regione constans* non uno modo *serviat corruptioni, & patiatur usus vanos hominū*. Dulia illa in ipso ministrante non infert vanitatem, nisi per accidens, & in certa creatura. Sic, uti *modus servitutis* non est unus: ita nec *unus modus liberationis ab illa servitute*. Expressè Apostolus: *Omnis*, inquit, *Creatura συστενάζει, συνωδίνει*. Quare illud? *ut* sc. *liberetur à servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei*. Omnis ergò Creatura *à servitute liberabitur*: & *in libertatem vindicabitur*. Quomodo illud? Dum sc. *desinet servire vanitati*. Desinet autem *servire Vanitati* hominis tota illa mundi corporei superioris & inferioris machina, *dum desinet esse*, & adeo per *totalem annihilationem & desitionem existentiæ*: de-

§. 1.

§. 2.

§. 3.

sinent Angeli boni, per *negationem objecti corrupti, & ipsius vanitatis*, cui ex ordinatione Dei congrua sit dulia Angelica. Sic, alius est modus *liberationis Filiorum Dei* à suâ *Vanitate*: alius, liberationis ipsarum *creaturarum à ministerio vanitatis*. Comparatio est non modi & *similitudinis*: sed *certitudinis*, & *verissimæ futuritionis*. Vere liberabuntur homines *à Vanitate*: verè creatura *à subjectione vanitatis*, sive hæc, si sit spiritualis e.c. Angelica, perennet, sive tunc *esse desinat*, ut non entis nullus sit abusus. Non dicitur creaturam liberandam *à servitute corruptionis*, ad *similitudinem Filiorum Dei*: sed in *Libertatem filiorum Dei*, i. e. qvando perfecta libertas Filiorum Dei esse incipiet. Patet in-
§. 4. de qvid ad argumentum: *Qvod vendicatur in libertatem illud manet.* Atqve *creatura* &c. E. Subsumere licebit: Atqve *omnis creatura* &c. E. & adeò manebunt qvoqve *bruta*, *plantæ*, *aer*, *aqva*, *&c. post consummationem seculi*: qvod
§. 5. est contra ipsius objicientis hypothesin. 2 Limit. major: qvod vendicatur in libertatem per simplicem desitionem tàm existentiæ, qvàm servitutis &c. Sic major contradictoria suis & ipsa viribus ruit. Modus ille ἐλεύθερώσεως alibi clarè explicatur per *totalem ipsius essentiæ annihilationem & abolitionem*; conf. Ps. 102. 27. Heb. 1. 11. 2. Pet. 3. 10. Ap 20. 11.

III. Mini-

III. Minimè ergò hîc probandus Chryso- §. 1.
stomus ex hoc textu probans: ὅτι καὶ οὐρανὸς μετὰ τῆς γῆς παλαιούμενος πρὸς τὴν ἀμείνω λῆξιν ὕστερον μεταστήσεται. Statuit sc. cœlum & terram, & ex lapsu hominis ceu unà cum homine *naturam corruptibilem* accepisse: & cum *homine incorruptibili futuro, incorruptibilem quoq; naturam* sortiturũ esse, ita ut in *die novissimo non sit futura cœli & terræ quà substantiam annihilatio:* sed, uti *corporum nostrorum, splendidior innovatio.* Addit simile: καθάπερ γὰρ τιθηνὸς παιδίον τρέφουσα βασιλικὸν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἐκείνου γενομένου τῆς πατρικῆς καὶ αὐτὴ συναπολαύει τῶν ἀγαθῶν, οὕτω καὶ ἡ κτίσις: *præcedentiam saltem dat homini* in illâ gloriâ, §. 2
ita ut prior sit & propter illum illa *innovatio creaturæ*, qvam novo simili explicat: sc. *Quando filius insigni dignitate adepta conspicuus prodit, ad filij gloriam splendidiore quoq; veste exornantur servi: ita & creatura, e.c. cœlum & terra, in gloriâ filiorum Dei, vestietur in corruptione.* Illud ma- §. 3.
gis mirum, qvod pro hâc sententiâ contradictorios planè illi textus Psal. 102. 26 Esa. 51 6. allegat. Licet *error ille de cœlo aereo & terrâ sine interitu substantiæ in melius, qvoad accidentia sola commutandis* sit & Origenis lib. π. ἀρχ. c. 6. Hieron. in c. 51. Es. abusi locis Apoc. 21 1. Esa. 30. 26. Gregor. Magn. l. 17. mor. c. 5. Unde

post Augustinum Lombardus, qvem Scholastici Doctores, & hodienum pontificii magno numero seqvuntur excipit planè *cœlum æthereum*: Cœlum etiam *aereum* non qvâ substantiam destruendum: sed *saltem qvà speciem*
§.4. *immutandum* statuit. Contrarium probant textus superiores: unde notetur 1. *Oppositio Dei & cœli ac terræ*, resp. *immutabilitatis & æternitatis*. 2. Illud ipsum *cœlum*, & illa ipsa terra, *qvæ à Deo in principio sunt creata*, peribunt. Sanctus Petrus, *elementa & elementarem regionem, à cœlis* perspicuè satis discriminat: & de his apertè enunciat illud: ῥοιζηδὸν παρελεύσονται: de illis: καυσούμενα λυθήσονται. Ubi tale qvid *de mutatione corporum beandorum*: & qvanta hîc est *differentia locutionum*?

## LOCUS VII.

### Rom c. 8. 24.

Τῇ ἐπίδε ἐσώθημεν.

§.1. QVæritur: an sensus: *Fide salvi sumus*, seu *finalem illam liberationem à miseriis hujus vitæ obtinemus*: ita ut spes ponatur pro *fide* qvippe *sperandorum hypostasi* Ebr. 11. 1.? An verò *affectio oppositi de opposito hîc prædicetur, ita ut habitui animi tribuatur effectum seu πάθος sui objecti* e. c. *Salvare* qvi est actus Christi tribuatur *spei cujus objectum Christus*, ut sit sensus: *Salvi sumus spe i. e. per Christum, qvi est spes nostra*

*stra* 1. Tim. 1. 1. Ebr. 7. 18 Exod. 15. uti *amor noster crucifixus*, i.e. *Christus, res amata* s. *objectum nostri amoris?* Negamus utrumqve. Positus ille hîc non dicit causam vel instrumentum salutem obtinendi: sed modum habendi. Qvare *tota creatura*, ἀποκαραδοκεῖ τὴν ἀπολύτρωσιν τῶν υἱῶν τ Θεᾶ: qvia libertatem à *ministerio corruptionis* sirempse habere appetit qvam solâ spes. τῇ ἐλπίδι nunc possidet, v. 19. 20. 21. 22 Qvare credentes seu *qvi habent primitias Spiritus apud se suspirant?* qvia sc. *desiderant perfectam filiationem, & realem ac evidentem filiorum gloriam, perfectam corporum suorum* à corruptione mortalitatis & concupiscentiæ *liberationem* (velut novissimum effectum λύτρε Sangvinis Jesu, unde hic dicitur ἀπολύτρωσις v. 23.) qvam salutem hâc in vitâ & viâ fidei *per modum* saltem *spei*, & proinde non *per modum evidentiæ* (qvod enim videtur non speratur v. 24) possident: atqve adeò sunt qvidem per fidem jam justificati, sunt *per fidem* hæredes Dei cohæredes Christi: ita tamen ut hâc in vitâ *sperent*, *non videant* plenam cœlestis patrimonii gloriam, seu τὴν ἀποκάλυψιν τ υἱῶν τ Θεᾶ: in futurâ autem, videant non sperent amplius gloriolam illam ἐλευθερίαν, & perfectam σωτηρίαν, atqve adeò ibi fiet *Consolidatio* qs. *Dominij directi &*

*utilis* s. *plenarij usus fructus bonorum cœlestium:* planè ac si legetur hæredi fundus, ita tamen ut plenarium ejus usumfructum nonnisi post 20. annos s. majorennis factus, hæres adeat, interea contentus honestà pro modulo suæ ætatis sustentatione, majorem ususfructus partem superioribus cedat. Dum ergò *salvi sunt* saltem per *modum spei*, per *patientiam expectant gloriam speratam:* interea *cum Christo patiuntur, ut cum Christo glorificentur* vid. v. 17. 25. De cœtero eadem causalitate, per fidem in λύτρον sangvinis & *justificamur*, & tàm nunc *in spe*, qvam post hanc vitam *in re* ipsâ *salvamur*, Rom. c. 5. 1. qvæ etiam ratio vocabuli ἀπολυτρώσεως in v. 23. Addimus 1. notetur relatio actuum Spiritus S. sc. συμμαρτυρεῖν v. 16. & συναντιλαμβάνεσθαι v. 26. & hujus vocabuli gemina emphasis. 2. Alio modo Spiritus S. dicitur ὑπερεντυγχάνειν v. 26. 27. alio modo Christus 34. ibi habet se ut פעל וצא; hîc ut פעל עמר.

## LOCUS VIII.

Rom. c. 9. 28.

§. 1. I. PRo vasis gratiæ electis sc ex Gentibus & Judæis, potissimùm autem ex illis Apostolus allegat ex c. 10. Es. v. 22. & 23. ubi de membro 2. v. 22. qvæstio est: *an detur Paralleismus cum fontibus Propheticis?* prædixerat Propheta

Propheta jam inde à v. 5. *repressionem superbæ Tyrannidis Assyriacæ:* unde pro more, occasione sumtâ à liberatione corporali, inserit Vaticinium *de beneficio per Messiam spirituali* v. 20. cujus summa: *Reliquum Israelis innitetur Domino, Sancto in Israel: & reliquiæ in Jacob convertentur ad Deum Jacob* אל אל גבר v. 20. 21. *Licet enim sit populus tuus, ô Israel, sicut arena maris, reliquiæ convertentur in illo* i. e. ex infinitâ ferè multitudine qvidam tamen convertentur ad Christum (qvod ישוב s. *convertetur*, Apostolo est σωθήσεται) *etsi præ tanto numero pauci, imò pars minima, & ferè contemtibilis* (ut ita Apostolo ex eodem textu *clamantis de Israele Prophetæ* & directè *paucorum conversionem*, & indirectè *multitudinis innumerabilis reprobationem* ostendat) Additur jam כליון חרוץ שטף צדקה §. 1. i. e. *Consumatio* (pœnalis) *eadq; decisa* (præcisè suis numeris ac terminis definita & in judicio divino decreta) *eructat justitiam* id est: ita Deus consumationem faciet ut tamen servaturus sit τὸ κατάλειμμα, qvorum respectu illa *consumatio est præcisa & terminanda in copiosam justitiam.* Atqve ita, licet rejiciantur à regno Christi, Judæorum multi, qvidam tamen ex illa gente sunt servandi qvia est כלין חרוץ: qvod accuratè convenit cum thesi Apostoli. Lutherus noster: Wenn dem Verderben gesteuret wird / so kompt die Gerechtig- §. 2.

ken überschwenglich. Belgica versio, de Vere-
§. 4. delginge is vastelyck besloten/ over vloy-
ende met Gerechtigheydt At in loco Pauli reddidit: hy voleyndt een Sake ende snydt se af in Rechtveerdigheyt/ want de Heere sal een afgheseedene Sake doen op het aerde. Ita sine dubio sumendum כלין חרוץ in v. 22. uti כלה ונחרצת in v. 23. conf. Esaiæ 28. 21. Dan. 9. v. ult. & patebit qvid sit consummatio præcisa.

## LOCUS IX. Applicatio.

I. Qværitur jam de convenientiâ allegationis, qvæ talis est: λόγον σωτηλῶν καὶ σωτέμνων ἐν δικαιοσύνῃ Parallelismus pulcherrimus. Datur rationarium tùm *Peccatoris*, tùm *Dei*: illud *criminale & peccatorum*: hoc *pœnale & suppliciorum*. Ille committendo peccatum unum post alterum coacervat sibi *thesaurum culparum*, usqve dum penitus implevit mensuram peccatorum & tunc dicitur peccator facere vel fecisse כלה, & esse שָׁלֵם עָוֹן Gen. 15. 16. c. 18. 21. atqve adeò peccator tunc est σωτηλῶν λόγον, seu talis qvi jam perfectè adimplevit rationarium peccatorum, ita ut sit in consumato gradu scelerum, pœnæ proximus. Anteqvam ita consu-
§. 2. matus peccator est, Deus qvidem peccata numerat, minoribus pœnis vindicat, de cœtero in thesauris suis, habito accurato scelerum

rationario & suspenso adusqve *consumatum rationarium* s. usqve dum שלם עון finali & consumato supplicio, obsignat conf. Genes. 15. 16. Deuter. 32. 34. 35. Ubi ergò jam homo fecit §. 3.
כלה *peccatorum* & adeò est σωτηλῶν λόγον *peccatorum* sc. Genes. 18. 21. ibi Deus *summam quasi colligit omnium peccatorum*, & tunc qvoqve *facit* כלה *pœnarum* s. *consumatum* & *finale supplicium*, conf. Nachum. c. 1. 9. atqve ita σωτηλεῖ λόγον, dum absoluto scelerum rationario, addit *consumatum supplicium*. Uti tamen tale כלה s. *consumatum supplicium Dei* est §. 4.
נחרצה i. e. *in consilio Dei certis puniendorum & temporum terminis præcisè definitum* & adeò כלון חרוץ; ita qvoq; Deus est non saltem λόγον σωτηλῶν (qvod respondet voci כלון s. Deo facienti כלה i. e. *consumatum supplicium*) sed & λόγον σωτήμνων s. faciens λόγον σωτημνησίον (qvod respondet voci חרוץ & Deo facienti *exactam & certo numero definitam* consumationem) uti deniqve ita Deus facit כלה hostium, ut tamen in tali plurimorum excidio & anathemate s. consumatione, §. 5.
rationem habeat reliqviarum suarum seu piorum & aliqvalem semper horum conservet numerum, qvorum respectu illa consumatio est *exactè definita*, & qvidem ita ut *exundet justitiâ* (vel justitiam) ita qvoqve Deus dicitur λόγον σωτηλεῖν καὶ σωτήμνειν seu ποιεῖν λόγον

σωτετμημένον ἐν δικαιοσύνῃ: ita sc. exactè & præcise Deus decrevit illud כליון ut simul in ipso decreto præcisam rationem habuerit suarum reliquiarum, & finis salutaris: atque ita fuerit λόγον σωτελῶν καὶ σωτέμνων ἐν δικαιοσύνῃ. Notetur ergò illud כליון חרוץ

§. 6. Apostolum reddere per λόγον σωτελῶν καὶ σωτέμνων: illud autem שמף in sensu esse implicitum. Idem enim est: *Consumatio in erit præcisa, ut exundet justitiam:* &: *Consuma-*

§. 7. *tio erit præcisa, in justitiâ s. in justitiam* i. e. *ita est definita, ut nihilominus sequatur copiosa justitia.* כליון sc. (Apostolo qvid sit σωτέλεια patet ex usu vocis in N. T.) est λόγος σωτελεσμένος i. est res plane consumata, rationarium absolutum, & supplicium consumatum. Porrò כליון חרוץ est λόγος συντελεσμένος συντετμημένος, vel per contractionem λόγος συντετμημένος. Deus faciens כליון λόγον

§. 8. συντελῶν: exactè & præcise illum definiens, λόγον συντέμνων, qvod cum facit ex intentione servandarum reliqviarum per fidem in Mediatorem, tunc λόγον συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ, atqve ita λόγος συντετμημένος resolvitur in justitiam. Patet ex dictis, qvo sensu vox λόγος accipienda in Paulo.

§. 1. II. Videri poterat Propheta nominando bis absumtionem præcisam s. כלין חרוץ

כרה נחרצת respexisse ad v. 17.18.19. & simile *de igne consumente sylvam* (ecce כלין) ita tamen ut *reliquantur quædam arbores* (ecce חרוץ) *etsi tàm paucæ, ut vel puer illas numerare possit*: qvin & eodem Apostolum respexisse, & §. 2.
proinde vocem λόγος hîc Arithmeticam esse ita ut dicat *rationem, numerationem, supputationem* hoc sensu: Licet Magnus sit rejiciendorum Judæorum illorum *qui facti sunt anathema à Jesu Christo, numerus*, ita ut qvando Deus συντέλει λόγον major pars pereat, erit tamen aliqvalis, etsi exiguus Judæorum credentium & non reprobatorum numerus, qvorum respectu illa συντέλεια λόγος est συντε]μημένη ἐν δικαιοσυνῃ. Cæterum versus illi 16. 17. 18. §. 3.
19. ad pœnas *Assyriorum* non *Israelis* pertinent: de qvibus Propheta Elenchum vehementem à v. 5. ad 20. interponit: rectiùs ergò ille כלין
ad v. 2. 3. 4. ubi memoratur יום פקדה ושאה §. 4.
ממרחק תכא, *ubi vel sint sub vinctis incurvandi* (i. e. captivandi) *vel sub occisis* (inter occisos) *casuri* (i. e. vel occidendi) & ad *extensam Dei irati manum* refertur. Ibi enim de supplicio Israelis, & rationario Dei irati agitur. Porrò v. 29. aliud simile seu testimonium re- §. 5.
spiciens tempora Messiæ Apostolus ponit ex Es. c 1. 9. ubi nexus est הותיר לנו כמעט שריד i. e. *Superesse fecit nobis secundum exiguitatem aliqvod residuum*. Illud *residuum* per ὑπόλειμμα Apo-

stolus egregie ad sensum exprimit. *Semen* i. e. aliqvod piorum καταλειμμα idemq; *exiguum* (bene cōf. Mat. 13. 32.) Semē, ex qvo reviviscere possunt & oriri credentes multi, & per qvod veritas Evangelii in plures potest propagari.

## LOCUS X. ad Rom. c. 11. v. 25.

### Magnum Mysterium.

§. 1. I. *Mysterium* vocat Apostolus id qvod revelat, (cujus utilitatem, impedimentum sc. insolentiæ gentium, ponit in *Parenthesi*) de cujus substantia disputatum semper est. De Patrum sententia, vid Disp. XI. th 9. § 8. Addimus saltem Chrysostomum, qvi hîc statuit revelari aliqvod aliàs ἀγνοούμενον ἢ ἀπίρρητον, item qvod mysterium hoc habeat πολὺ μὲν τὸ θαῦμα, πολὺ δὲ τὸ παράδοξον. Comparat hoc mysterium cum illo 1. Cor. 15. v. 51.

§. 2. Mysterii substantiam ponit in particulari πώρωσι Judæorum, qvâ non obstante ἢδη πολλοὶ πεπίστευκαν, ἢ μέλλουσι πάλιν πιστεύειν; Eō tamen tendit, thesin Apostoli de multis Judæis credituris, qvam Prophetico firmat testimonio, nondum suâ ætate completam: sed omninò illam conversionem Judæorum adhuc futuram. Nostrorum, vix alia hîc est

§. 3. sententia: qvam 1. *Ismelem ex parte obduratum, opponi toti Israeli servando.* 2. *Obdurationem illam Israelis ex parte majori terminum habituram, ubi plenitudo gentium in Ecclesiam Christi intraverit,*

*& conversa adeò gentium universitas* (sive jam gentes omnes introiverint, sive nondum omnes ingressæ sint, qvomodo Sinenses, nunqvam eo loco fuisse, ut inter gentes, qvæ Christiano nomine censentur, collocari potuerint, positum à Dn. Calixto tract. de supr. Jud. pag. 29.) 3. Atqve adeò post conversam §. 4.
universitatem gentium *spemndam Iudæorum magnam conversionem, & totius Israelis in Ecclesiam visibilem ingressionem*, anteqvam veniat magnus dies Domini, ita, ut professione futuri sint Christiani, non sublatâ interea omni improbitate & securitate, qvo sensu cum superiori mysterio stare possit vaticinium Salvatoris Luc. 18 8. Comparatur etiam cum hoc mysterio textus Hos. c. 3. *De diebus multis Israelis sedentis sine Rege & Principe, tandemq; qvæsituri Dominum Deum & Davidis Filium.* Ita & Dn. Mylius pag 372. *Hoc*, inqvit, *vaticinium illustre, cum nondum sit impletum, implendum esse, certò perfvasum habebimus, priusqvam dies Domini ingruat.* Ita & Balduinus com. in Ep. §. 5.
ad Rom. 718. *apparet Paulum vaticinari de illustri qvâdam conversione Iudæorum*, qvorum *magna pars ante novissimum diem Messiam agnoscet, & ad Christianorum fidem* se *aggregabit, qvod vaticinium, etsi impletum nondum est, non tamen dubitamus, qvin suum certè habiturum sit eventum: tempus soli Deo notum est, ideò mysterium nobis est.* Ex Calvinianis idem in h.l habet Be- §. 6.

za, qvi hoc vocat *Propheticum arcanum*, sæpissime apud Prophetas inculcatum: neq; tamen in particulâ ἄχρις οὗ convenit Bezæ & Calvino. Ex iisdem Brigm. comm. in Cant. Cantic. ad c. 6. v. 9. & 10. *descensum amici in hortum nucum*, & *exclamationem* Cantici v. 9. explicat de *Ecclesia Iudæorum*, cujo primam conversionem futuram ponit ad annum Christi 1650: Urget ex Ap. c. 16. v. 12. & c. 21. v. 13. Item textum Dan. 12. 4. eodemq; anno primum ponit terminum inclinatæ Turcicæ potentiæ: Uti alterum eundemq; cum plenâ Judæorum conversione terminum ponit post 1305. dies seu 45. annos ad annum 1695. sed hic fundamentum ponit in principio ex scrutinio Dan. c. 12. 2. refutabili. Relinqvimus superiori sententiæ suũ robur.

§. 7. Notamus tn. in illâ sententiâ duo supponi. 1. illud Apostoli ἀπὸ μέρους ἄχρι οὗ reflecti antecedenter, & distingvi conseqvêter: Contrà omninò nectendum est illud cum seqventibus, καθὼς γέγραπται. 2 Illud ἀπὸ habetur ut copulans cum immediato: at omninò copulat cum mediato sc. cum illo ὅτι πώρωσις ἀπὸ μέρους τῷ Ἰσραὴλ

§. 8. γέγονεν. Sensus mysterii est 1. *Obduratio ex parte evenit Israeli*, (eademq; perseveratura adusqve dum introierit plenitudo gentium) 2. *Eadem tn. non obstante, totum Israelem servandum, non tn. alio modo qvam à Prophetis prædicto* (C. Ef. 59. 20. Ierem. 31. 33.)

F. Reppien.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730111091/phys_0453
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730111091/phys_0456
DFG

*& conversa adeò gen* ( sive jam
gentes omnes intr ondum o-
mnes ingressæ sint, enses, nun-
qvam eo loco fui entes, qvæ
Christiano nomine locari po-
tuerint, positum à ct. de supr.
Jud. pag. 29.) 3. At conversam §. 4.
universitatem gen *Iudæorum*
*magnam conversione elis in Eccle-*
*siam visibilem ingressi* veniat ma-
gnus dies Domini, ione futuri
sint Christiani, nor a omni im-
probitate & securit cum supe-
riori mysterio star ium Salva-
toris Luc. 18 8. Co m cum hoc
mysterio textus Ho *multis Israe-*
*lis sedentis sine Rege & mq; qvæsitu-*
*ri Dominum Deum um.* Ita &
Dn. Mylius pag 37 , *vaticinium*
*illustre, cum nondum plendum esse,*
*certò persvasum ha usqvam dies*
*Domini ingruat.* Ita com in Ep. §. 5.
ad Rom. 718. *appar inari de illu-*
*stri qvâdam conversi* qvorum *ma-*
*gna pars ante novissi am agnoscet,*
*& ad Christianorum egabit, qvod*
*vaticinium, etsi impl , non tamen*
*dubitamus, qvin su rum sit even-*
*tum: tempus soli De eò mysterium*
*nobis est.* Ex Calvin .l habet Be- §. 6.